7. Interpellatio negotiorum gestoris interpellatum in mora constituit.
8. Pater iubens qua actione ⁊ de quo teneatur.
9. Obligatio ad interesse in obligationibus dandi specie post moram perempta non succedit.
10. Interesse non est in obligatione.
11. Effectus more precedentis non tollitur per nouationem.

Si seruum. Re perempta vel a cõmuni commercio exempta teneť debitor si culpa vel mora eius precesserit vel eius qui habuerit causam ab eo. h. d. ¶ †No. qđ debitor occidendo non liberatur ex toto. non tamen hic declarat an teneatur ex stipulatione an de dolo. ⁊ de hoc dic vt in. l. mora. š. eod. ¶ Et nota bene quia hic videť esse casus qđ occisio possit fieri in debito puro nulla precedente mora. ¶ Item nota an debitor teneatur de culpa ⁊ quod culpa intelligitur in faciendo ⁊ in negligendo. ¶ In gloss. super ver. non faciendo ibi vel dic secundum Joan. hec communiter tenetur. nec ob. l. si venditor. §. quemadmodum. š. alle. quia quedam est negligentia circa rem debitam seu circa peremptionem rei debite ⁊ de ista tenetur vt hic. quedam est negligentia q̃ committitur circa culturam. ⁊ sic circa recollectionem fructuum ⁊ de ista debitor non tenetur si est debitor actione personali ⁊ nõ petitur quod fuit creditoris nec est in mora creditoris ita intelligitur. d. §. quẽadmodum. secus si peteretur quod creditoris fuit per. l. videamus in prin. secundum intellectum Azo. quem glo. videtur sequi ibi ⁊ Barto. hic item secus si esset in mora. l. si mora supra so. mairi. Et etiam probatur hic in tex. isto. ¶ Et adde secundum Ang. quod vbi fructus pertinere debent ad creditorẽ agentem si est negligentia commissa circa recollectionem fructuuz indistincte tũc tenetur reus: quia donec coheret terre sunt pars terre. l. fructus supra de rei vendi. ⁊ post separationem sunt species de per se. ⁊ tunc semper reperitur negligentia circa peremptionẽ substantie. sed vbi in non arando ⁊ non seminando reus culpaz committit. ⁊ sic impedit natiuitatem fructuum pcedat quod dixit Bart. ⁊ idem vult. Bal. Tu adde quod de dicta limitatione est glo. or. in. d. §. quemadmodum in gl. que incipit quia fructus. ⁊ secundum predicta dictio quia exponit quamuis vt sic sit ratio remotiua ⁊ nõ directa. l. inter stipulationẽ. §. sacram. š. e. ver. qm̃. ¶ †No. ꝙ paria sunt nõ adhibere medicum vel minus bonum. l. qđ si nolit. §. si mancipia. š. de edi. edic. An antẽ expensas factas in curando possit debitor a creditore recuperare. dic ꝙ si tendũt ad perpetuam rei vtilitatem põt recuperare. sed si gratia fructuũ querendorum non: saluo nisi fructus ex natura contractus debeant restitui creditori. l. iul. §. ex vendito. de actio. emp. ⁊. l. j. in fi. de impẽ. in re. dota. fac. Ang. vero hic aliter vester loqui. sed satis videtur pcedere qđ dixi ⁊ concludit qđ etiã si expensa est leuis: q² egritudo est leuis spectabunt expẽse ad rectorẽ qui habet iudicem vel seruitorẽ debiliter egrotantẽ. secus si esset magna. Tu adde ꝙ notať per glo. in. l. arboribus. §. de illo. de vsufru. ⁊ in. l. opere. de vsufru. lega. per Bar. ⁊ per eundẽ in. l. diariis. de ali. ⁊ ciba. lega.

Item si homo qui. Nota ꝙ vbi ex causa preambula ante contractũ eximiť res a cõmercio liberatur debitor. ¶ †Item nota qđ occidens speciem debitam indistincte tenetur siue sciuerit siue ignorauerit se debitorẽ. ⁊ hoc si sine causa per. l. qui seruum. j. eod. ¶ Itẽ nota qđ aliud est manumittere seruũ quem quis alij erat rogatus restituere in codicillis tenetur ad ipsius precium dãdum licet nesciuerit grauamen sibi iniunctũ. ¶ In glos. super verbo liber. in fi. exemplum nõ est bonum. quia tex. dicit ex causa antecedenti. sed s̃m gl. nõ est antecedens. ¶ Item tex. loquitur in seruo promissoris. seruo antẽ heredis ⁊ sic ipsius promissoris effecti heredis nõ potest dari directa libertas sed solũ fideicõmissaria. vt in. §. proximo. Et pone exemplũ qđ seruo erat relicta libertas sub conditione ⁊ heres pendente cõditione illũ promisit. nam si postea fit liber non tenetur promissor. ¶ In glo. super ver. petitũ: in fi. dic qđ ibi loquiť in conditione indebiti de cui⁹ natura est vt nõ teneatur ad id qđ recepit. sed inquantum factus est locupletior. l. si non sortem. §. libertus. de condi. inde. sed seruo manumisso in nullo factus est locupletior ergo non tenetur si fuit ignorans. hic autem loquitur in alia actione q² in actione ex testamẽto in qua heres reperitur habere lucrũ a defuncto. ideo non liberatur etiam si ignorauerit tẽpore quo manumiserit ⁊ cõclude pro declaratiõe tex. ⁊ materie qđ si debitor iuste ignorat se debitorem non committit morã in non soluendo per. l. qđ te. si cert. pe. Ideo tunc periculũ interitus non spectat ad eum si tamen occideret spẽm debitã sine causa tunc indistincte tenetur vt hic probatur. si autem non occidit sed exemit a nostro cõmercio puta manumittendo ⁊ tunc idem: duntamen ipsa res peruenerit ex causa lucratiua ad debitorẽ vt hic pbatur. nam hic peruenit seru⁹ ex causa hereditaria que lucratiua appellať. š. e. l. iter stipulãtẽ. §. si rẽ. Si aũt nõ esset cã lucratiua tunc debitor liberať ex quo pp factũ suũ nõ icidit in spẽm delicti s̃z Ang. Tu adde qđ inepte loquiť q² hic re vera nõ puenit seru⁹ ad debitorẽ ex causa hereditaria: q² tũc fuisset testatoris. ⁊ sic nõ potuisset manumitti p id qđ tãgiť in gl. ⁊ iđ dic meli⁹ qđ attẽdi dz an debitor q manumittit sit debitor ex cã hereditaria ⁊ tũc pcedat qđ hic dr. q² siue sciẽs siue ignorãs manumiserit teneť ppter multa alia lucra que hz a defuncto vt tetigit gl. in. l. in summa. §. si seruũ. hic allegata. secus si nõ sit debitor ex causa hereditaria vt ibi.

Sequitur. Posterior mora nocet ⁊ in pari causa melior est conditio possessoris. ¶ In tex. ibi moratus sit. i. dilationẽ fecerit in soluendo. ¶ †Nota ꝙ mora cõmissa in faciendo non purgatur secus si sit cõmissa in negligendo ¶ Nota quod purgatio more fit ex equitate etiam quando non est adiecta dies vel pena. ⁊ sic de mero rigore esset secus. ¶ Item no. qđ est dare rigorem scriptum ⁊ equitatẽ. ⁊ quid sit rigor quid equitas notatur per glo. ⁊ doc. in. l. placuit. C. de iudi. ⁊ in spe. de lega. §. dispenso. ver. notandum. ⁊ aliquid p glo. ⁊ archi. in. c. nisi rigor. j. q. vij. ¶ Et quid iuris si rigor scriptus ꝯtradicit equitati ⁊ qđ sit sequẽdum dic vt. l. j. C. de legi. ⁊ per cano. in. c. fin. de transac. No. ar. s̃m Pe. ꝙ errant omnes qui sequẽdo subtilitatem iuris scripti discedunt ab equitate vbi locum habere põt equitas. et ideo cauere dz doctor ⁊ aduocatus vt potius sequi debeat equitatẽ si fieri põt ⁊ iuris rigorem omittat. ¶ Not. ar. ꝙ si duo pmiserunt se non offendere sub pena ⁊ postea se offenderunt nec appareat qs prius cõmiserit offensionẽ ꝙ ex neutra parte sit commissa pena. facit. j. de re iudi. l. cũ par delictum. ⁊. l. cum pater. §. liberis. de le. ij. ⁊. l. j. §. cum arietes. si qua. paup. fecis. di. ¶ Nota ꝙ in materia purgationis more vbi sunt opi. illa opinio sit sequẽda q̃ magis adheret equitati. ¶ No. ꝙ paulus non fuit verecundatus sequi sentẽtiam celsi adolescentis. ⁊ sic facit qđ doctor antiquus nõ debet dedignari sequi sententiam iuuenis bene dicentis. ¶ In glo. ibi si aũt erat prius temporalis. ⁊ tunc erit. ⁊ sic nõ accipitur hic ppetuari put accipiť in. l. si. de ps. xxx. anno. ⁊ in. l. notissimi. §. sed ⁊ si quis. eo. tit. ¶ No. hanc glo. scđm Bart. inquantum dicit quod per interpellationem actio temporalis non efficitur perpetua sed in tantum tempus attenditur quãtũ a principio erat duratura. ¶ Et per hoc inferť ꝙ si statutum dicat qđ debitum non possit peti post. x. annos non perpetuabitur. in. xxx. vel. xl. annos si interruptio sit facta. ⁊ ita dicit Ang. se de facto dixisse Tu adde qđ per interpellationem extraiudicialem non fit interruptio cum nõ sit de modis interrumpendi. notatur in. d. §. sed si quis. ⁊ in. c. illud. de pres. si aũt interpellatio non sit extraiudicialis ꝯclude ꝙ sola contestatio litis est que pepetuat actionem in. xxx. annos alie interruptiones solum interrũpunt vt sit necesse de nouo tantum tẽpus currere quantũ a principio debuisset vt est gl. no. in

l. cum

5 l.cū notissimi.in prin.C.de prescr.xxx.anno. ¶ † Nunquid autē per citationē quelibet prescriptio interrumpatur an requiratur lit.conte.dic vt no.in.l.ij.§.fi.de vsuca.pro empto.⁊ predicta intellige vera saluo casu.l.vt perfecti⁹.⁊ quod ibi no.C.de anna.excep. ¶ Ultimo an vltima mora nedum purget precedētem morā sed etiā constituat sequentem morosum in mora tangit hic Bart. ⁊ tenet quod sic ⁊ ita supplet ⁊ intelligit hūc tex.per.l.illud.⁊.l.si per emptorem.§.de pericu.⁊ cō.rei ven.⁊ effectus est magnus vt ipse hic tangit:quia si creditor sit in vltima mora ⁊ per ipsam morā etiam ipse sit constitutus in mora nedum qđ sit purgata prima debitoris debitor non tenebitur nisi de dolo per.l.semel mora.cū ibi no. §.so.ma.secus si solum esset purgata preambula mora debitoris. Ange.vero dicit hanc opi.esse contra.l.qui.x.ff.de solu.vbi si debitor in genere interpellatus non soluit si offert postea liberatur re perēpta ope exceptionis dummodo res pereat absq culpa sua de qua ante tenebatur ex natura contractus. ⁊ sic hic est casus cōtra ipsum nisi suppleas illū tex.vt loquatur de culpa.s.lata prout suppleuit Bar.in.l.mora.so.ma. Nec ob.l.illud.⁊.l.si per emptorem. prealleg.qr si bene considerentur post secundam morā omnia que in illis.ll.dicuntur veniebant ex natura contractus etiā si ex nulla parte interuenisset mora contra Bar.etiā facit secundum eum qđ mora cū mora compensetur vt hic innuit iste tex.dum dicit causam parem. ⁊ sic nulla mora alteri prepōderat.sed in primū statū relaxat qui erat ante omnem moram.⁊ quod cōfunditur vna mora per aliam no.in.l.semel mora.so.ma.saluo nisi vna mora committeretur in faciendo:quia illa quantūcunq leuis absorbet omnem virtutem etiam grauioris more in negligendo cōmisse secundum Dy.⁊ glo.in.d.l.si mora.adde quod Bald⁹ hic idem tenet p d.l.qui.x.ad.d.l.si per emptorē.respondit quod fuit ibi vnica mora que non fuit purgata . ad.l.illud.respondit qđ ibi dicit vltimā moram nocere . sed non dicit quod constituat morosum in mora. Tu potes dicere quod opi.Bar.quā sequitur Jac.de are. Pe.et Ray.⁊ sic videtur ꝙ cōmunis possit sustineri:primo qr pro eo videtur casus in.l.si mora:preallegata secundū intellec.glo.l.illius inquātum ibi innuit qđ maritus ibi primo erat in mora ⁊ postea constituit mulierem in mora ⁊ propter illam liberatur a culpa ad quam alias tenebatur vt ibi ptz.⁊ qđ glo.l.semel mora.sit intelligenda vt dixit Bar.patet etiā ex glo.que incipit saltim leuē.ad fi. dum allegat.d.l.semel mora.in.d.l.si mora.pro hoc bene facit.d.l. illud.inquantū dicit vltimā moram nocere.nam si per vltimā moram rediret ad primeuā naturam contractus prout voluit Ang. ⁊ Bal.non diceretur ꝓprie nocere ar.l.si vnus.§.si pactus.de pac. ⁊.xxv.dist.c.ab exordio. Non ob.l.qui.x.preallegata:qr ibi loquitur in debito generis in quo debitor tenebatur ex casu fortuito ex natura contractus.l.incendium.C.si cert.peta.⁊ ideo satis est ibi qđ ipse liberetur vt non teneatur de casu fortuito . Sed vbi esset species debita tunc vni tenebatur de dolo lata ⁊ leui tenebitur de leui per.d.l.si mora . ⁊ bene facit ad predicta quod nota.i.d.l.si vt certo.§.nunc videndum.supra commo.non ob.ille text. quia suppleri debet per.d.l.si mora.⁊.d.l.illud. vt Bart.dicit arg.l.j. C. de inoffi.do.⁊ si bene ponderetis.d.l.qui.x.potius facit contra Bal. ⁊ Ang.inquantum ibi debitor non tenetur de casu fortuito post vltimam moram cum tamen de ipso casu fortuito teneretur ex natura contractus. ¶ Quid autē si mora simul debitorem ⁊ creditorem eodem tempore contrahitur . exemplum si hodie est dies soluendi stichū quem mihi debes ⁊ cum obueniem⁹ inuicem interrogaui te quid faciemus de sticho ⁊ tu dixeris nolo tibi dare.⁊ tu dixisti nolo recipere cuius mora preponderabitur.dic qđ mei creditoris secundū Ang.hic pro facit.l.illud . secūdo responso.§.alt. licet ipse Ange.alleget sed non bene.d.l.si per emptorem. ⁊ ad hoc facit.l.⁊ post edictum.§.circunducto.§.de iudi.

Nunc videamus. Mora pricipalis perpetuat obligationē quo ad se ⁊ fideiussores ⁊ in eorū successores:mora vero fideiussoris quo ad se et sui fideiussores ¶ In tex.ibi spoponderunt.i. spopondisse videntur quo ad perpetuationem. ¶ 6 † No.ꝙ mora principalis perpetuat obligationē quo ad fideiussores qđ limita vt dictum fuit i.l. mora secundo res.§.eod. ¶ In glos. super ver. in totam causam sit perpetuatio intellige quo ad hoc vt obligatio non extinguatur per rei interitum:non autem intelligas quod interruptione facta prescriptionis contra principalem intelligatur prescriptio interrupta cōtra fideiussores ⁊ facta actio perpetua sicut contra principalem:quia hoc non est verum vt est glos.or. que non est alibi in.l.cum quis.§.si quis pro reo.ff.de sol.in ver. preterijt.licet glos.precedens tenuerit cōtrarium:⁊ in.l.si fideiussor in fi.§. manper.l.fi.C.de duo.reis.sed non bene.nec ob.d.l.fi.quia loquitur in duobus reis quorum obligatio ex eadem radice descendit vt ibi litera dicit . plus dicit hic Angel.ꝙ interruptio facta contra vnū ex correis non interrumpit contra correum nisi in iudicio fuerit libellus oblatus per.d.l.fin.nam licet alias per solam executoris missionem fiat interruptio prescriptionis.l.cum notissimi.C. de prescr.xxx.anno. Nec secundum communem opi.necesse sit in citatorio transmitti copiā libelli nisi quo ad hoc vt fiat interruptio contra correum necesse est libellum proponi ⁊ ipsius copiam in ipso citatorio transmitti per.d.l.fi.secundum eum. Sed adde quod illa potius videtur sonare in oppositum quia dicit quod ex quacūq causa consueuit fieri interruptio ex illa facta contra vnum preiudicat alteri.nec ob.litera inquantum facit mentionem de libello: quia dupliciter potest exponi vt ibi per glos. ¶ Item subdit hic Angel.quod perpetuatur obligatio quo ad fideiussorem quo ad periculum interitus quando fideiussor in omnem causam intercessit. Si autem solum in datione speciei. et sit species perempta si fideiussor non potuit in mora constitui puta quia debitor non erat excussus . et oportet eum primo excuti re perempta . fideiussor eius erit liberatus . Tu adde quod quo ad periculum interitus videtur fideiubere in omnē causam.l.mora.§.e.itē dato quod non possit fideiussor constitui in mora per interpellationem de eo factam:quia forte debitor nondum erat excussus tamen videtur quod si debitor constituatur in mora fideiussori noceat dicta mora adeo quod re perempta poterit conueniri discusso prius principali.⁊ hoc fuit de mente Bart.pro quo facit quia iura antiqua in hoc non sunt correcta.⁊ sic eis est standum. ¶ In eadem gloss. ibi.l.si quis solutiōi. No.ex hac glo. 7 † quod interpellatio gestoris negotiorum constituit interpellatum in mora ⁊ eodem modo videtur quod interpellatio procuratoris solum ad iudicia constituti constituat similiter qđ sequitur hic Bart. Sed ob.ei secundum Ange.quia si habet mandatum ad iudicia videt sibi interdictū exercitiū circa alia.ar.l.maritus.C.de procura. Ang.dicit in hoc cogitandum. Tu potes dicere qđ non videt ꝓhibitus quomin⁹ faciat ea que tendunt ad ipsius dñi vtilitatē.arg.l.qui patitur.§. man.⁊ in.l.si filiusfami.§.inuitus.§.de procura. Ricar.mal.tenet contra gl.in gestore ⁊ dicit.l.si qs solutiōi. loqui in administratore legitimo. Bart.tenet glos.duobus cōcurrētib⁹.primo qđ gestor interpellauit debitorem vt soluat creditori nō sibi ⁊ qđ debitor ⁊ creditor sint eiusdē fori:alias secus. Ang.dicit idē etiā si non sint eiusdē fori si est casus in quo debitor teneatur ire ad domum creditoris quod qñ sit dictū fuit in.l.si filius.§.fi.§.eo.nā tūc est eadē ratio.item adde qđ lz sint eiusdē fori vel etiā diuersorū licet debitor teneat ire ad domū creditoris non constituet interpellatus in mora,in duobus casibus.primo si negetur negotiorum gestor nisi de hoc fidē faciat interpellato p.l.si qs inficiat⁹.§.depo. ¶ Solu. qñ interpellatio extraiudicialis nō posset constituere in mora.sed requireret iudicialis.nā negotiorū gestor nō pōt rem in iudicio deducere.l.si pup.§.item videamus.§.de neg.gest. Tu adde qđ prima fallētia nō plz:qr satis ex facti euidētia apparet qđ est negotiorum gestor saltē in negotio de quo qrit eo ipso qđ interpellat debitorē vt creditori soluat.⁊ ideo nō est necesse aliter conferre.§.de resti.in integrū. ¶ Itē adde qđ Inno.⁊ Jo.an.post eū in.c.significante.de pigno.vr velle qđ semper debitor teneat ire ad domum creditoris etiā si habeat diuersum domiciliū p.l.si creditrici.⁊.l. acceptā.C.de vsur.⁊.l.obsignatione.C.de solu. Sz dicere potes qđ dictū eorū tūc ꝓcedat qñ agit de impediēdo cursum vsurarū iam incohoatum vel de pignore liberādo sec⁹ si tractet tm̄ de mora non incurrēda p not.in.d.l.cū filius.§.fi. ¶ Item adde quia Bart.hic dicit qđ procurator ad lites egit contra debitorem diuersi fori et elegit litigare debitor quod licet debitor sit cōstitut⁹ in mora per l.nemo.in fin.§.eo.tamen lata sentētia finiet dicta mora.nam hoc dictum non placet Bal.quia est ridiculum dicere quod persistendo in iudicio ⁊ patiendo se condemnari purgetur mora quia secundum hoc condemnatoria prodesset condemnato contra.l.euidenter.de ex.rei in. ¶ Item secundum hoc quanto maior esset cōtumacia tanto minus noceret moroso quod videtur absurdum: item quia per sententiam non debet fieri conditio deterior vincētis.allegat.l.aliam.de noua.ff.et forte Bald.bene dicit hoc casu qr si reus vult moram ipsam purgare forte erit expediens quod offerat deponat ⁊ consignet ad iudicis mādatum in loco idoneo : ar. l.si reus.de procura.et arg.l.acceptam.§.allega. ¶ Ultimo aduerte quod Bar.hic videtur velle quod nedum mora rei noceat fideiussoribus a se datis sed etiam datis ab ipsis fideiussorib⁹. Ange. tamen hic tenet contrarium non faciendo de ipso mentionem : et sic vult qđ talibus fideiussoribus non nocet. sed forte dictū Barto.versus per istum.

An filius. Mora filij perpetuat obligationem nedū contra ipsum sed etiam contra partem qui tenebatur qđ iussu. ¶ 8 † Nota ꝙ pater iubens tenetur quod iussu tanquā intercessor et tenetur etiam de peculio si peculium concesserat.§.eod.l.cum filius. ¶ An autem auth.presente.C. de fideius. locum habeat in patre iubente dicit Jaco.de are.quod non quia non est idem iubere quod fideiubere.l.j.§.quid ergo. §. quod iussu.⁊ facit quod no.in.l.ij.i prin.§.de do.⁊.§.e.l. cum filius.i prin. Ange.aūt allegat pro predictis qđ no.in.l. libert⁹.§. filium.ff.ad mu.⁊ in.l.j.de decurio.li.x.⁊ quod ibi no.glos. ¶ Sed aduerte.qr ille.ll.loquuntur qñ apud rēpublicā pater intercedit ꝓ officio assumpto per filiū quo casu etiā de iure antiquo pater nō poterat cō

ueniri ante principalem excussum. & sic potius faciunt contra eũ. & forte erit speciale vt respublica facili⁹ fideiussores inueniet. vbi autẽ pater alias cõuenit̃ de peculio vel qđ iussu non loquunt̃ dicta iura. sed. l. cũ filius. š. eo. & ti. ff. de pecul. in quo casu nõ reperit̃ facta aliqua correctio ſm Jaco. de are. & p isto facere põt ratio q: filiusfa. nõ põt habere administrationem rerum etiã hodie nisi in castrensibus vel quasi. l. j. C. de bo. mater. & l. cum op3. C. de bo. que lib. et ideo nõ cẽsetur esse ita idoneus sicut alius qui est sui iuris.

Effectus. In stipulationibus dãdi res perempta post moram durat in obligatione quo ad petitionem acceptilationem & nouationem. h. d. ¶ † No. q in obligationibus dandi specie perempta post moram non succedit obligatio ad interesse. Adde q nec succedit quo ad extimationẽ que est intereſſe extrinsecum rei iuxta no. in. l. j. C. de sent. que pro e. secus in obligationibus faciendi. š. e. l. stipulationes non diuidũtur. versicus. ¶ Item no. etiam qđ de iure digestorũ re perẽpta per moram si eius extimatio deducebatur non fiebat nouatio nisi expresse hoc ageretur ſm Angel. ¶ In glo. super ver. peti possit ibi precium subaudi probandũ hoc casu per sacramentum iurantis per no. in. l. actionibus. §. plane. de in litẽ iurã. ¶ In ea. gl. ibi vel quasi debitum. No. bene ex hac glo. q re debita perempta post moraz licet precium non sit debitũ tamen est quasi debitũ vnde non mirum si peti & accepto ferri & nouari põt tale quasi debitũ. ¶ Item not. q licet officium iudicis non presupponat obligationẽ maxime cum est mercenariũ vt hic. & l. qui per collusionẽ. de act. emp. l. quinta. supra de annu. leg. tamẽ est quasi debitũ ſm Ang. ¶ Sed aduerte circa primum nota. quia litera non dicit peti preciũ aut accepto ferri aut nouari. sed dicit de ipsa specie debita: & sic hic nõ probatur qđ ipse dicit. & facit qđ. j. dicam. nam aduertendũ quod dupliciter poterit formari libellus. vno modo petẽdo hominem simpliciter nulla facta mentione mortis: & si postea in processu appareat homo mortuus post moram iudex poterit condẽnare reuz ad hominem & facere executionem eius vt no. in. l. si. que sententie si. ap. rescin. vbi bona glo. in arbitrio etiam eius erit condẽnare in extimationem per ibi notata. & in. l. iij. š. de confes. poterit secũdo modo formari libellus narrando hominẽ mortuum post moram concludendo reũ condẽnari ad hominem & cõsequenter ad extimationem vt probatur in si. in. l. iul. cũ ibi not. j. eo. et facit qđ notatur per Cy. in. l. exhibitionis. C. ad exhibẽ. & ita etiam procedat conclusio quare hominem peto vt condẽnetis reũ in extimationẽ & hec videtur melior practica quã aliqua precedẽtium per. d. l. iij. de confe. & si ponderetur iste tex. & etiam supradicta non petet̃ precium: sed ipse homo licet quãdoq3 concludatur vt fiat condemnatio in extimatione: & hoc respectu possit saluari Ange. qui etiam hic addit duos casus in quibus re perempta petitur extimatio. vnus est in. l. antepe. C. de sacrosan. eccle. vbi sacra conflata eius extimatio petitur quasi successerit in locum rei sicut in simili dicitur de vniuersali iudicio. l. si rem & precium. de pe. heredi. alius casus est in quo re perempta extimatio petitur vtili actione ex stipulatu si dño propter peremptionẽ extimatio data fuit. l. si quis grani. §. sed si ex stipulatu. ad fille. Sed aduerte q: l. antepe. hic alleg. nõ loquitur in obligatione rem dari qđ apparet: q: ibi dicit dari rei vendi. vnde potius loquitur de obligatione rem restitui. ideo nõ mirũ si obligatio succedit ad interesse tenendo opi. Dy. de qua in. l. stipulationes non diui. posset etiã dici qđ. d. §. sed si ex stipulatu. debet intelligi secundũ practicã huius text. ar. l. j. C. de ioffi. do.

¶ In glo. super ver. in pecuniã. ¶ † No. interesse non esse in obligatione verũ in obligationibus dandi secus in obligationibus faciendi. & ita loquitur quod no. in. l. j. in principio. š. de act. empti. ¶ Item adde inquantum soluit Barto. contrarium. l. cũ qui ita. §. fi. š. eo. tit. put obstat ei quod dicitur de nouatiõe. nam dicit qđ hic loquit̃ quando partes sciuerunt rem peremptã post morã ibi quando ignorauerunt. Tu potes soluere qđ hic a moroso fit promissio animo nouãdi ibi aũt ab alio tertio. & facit quod dixi ibi. & quod no. in. l. si rem aliquam. j. de noua. ¶ † Ultimo an per nouationem istam tollatur effectus precedẽtis more tãgit hic Dy. & dicit̃ q nõ ex quo res erat perempta tẽpore nouationis per l. si rẽ aliquam. scđo respõ. j. de noua. & hoc tenet hic. Et ex hoc habes limitationẽ ad glo. l. cũ qui ita. š. eo. q: l3 expresse sit actũ qđ fiat nouatio obligationis primitiue contracte ad speciem tamen nunq̃ tollitur effectus precedentis more si res nõ erat in rerũ natura tempore nouationis secundum Ang. Tu adde q de hoc est glo. in. l. inter stipul antem. §. pe. ver. si stipuler. š. eo.

Summarium.

1 ☞ Stipulatio facti transit ad heredem.
2 Jus intrandi an possit transmitti & an cedi.

Si ita stipul. Nota q in stipulationib⁹ etiã facti adijci potest psona etiam heredis. ¶ In glos. super ver. heredi ibi. l. si sic. vbi stipulatio semel commissa amplius nõ committitur. sed illud intelligitur circa idem secus si circa diuersa. ¶ † Nota ex glo. quod stipulatio etiam facti transit ad heredem actiue & passiue etiam non facta mẽtione heredis. licet Pe. aliter dixit de quo plene in. l. si sic. j. eo. & est ratio quia in dubio quis videtur prouidere heredi suo nedum quo ad exceptionem prestandam quando de illa tractatur. vt. l. heredi. §. nos autem. š. de pac. & l. qui in futurũ. §. si ex altera. eo. tit. vbi de hoc per doc. sed etiam quo ad actionez querendam. l. si pactum hic allega. fallit in duobus casibus secundum Ange. primo si in contrarium est actum inter partes quod probari debebit per eum qui hoc dicit vt. d. l. si pactum. Secundo fallit si id quod in stipulatione deducitur est personale & coheret persone. l. stipulatio ista. §. si quis ita. š. eod. Et ex hac glos. not. Angel. † q ius intrandi possessionem autoritate ꝓpria transmittitur ad heredes. ¶ An autẽ possit cedi dic quod sic per id quod no. in. l. j. §. fi. & l. qui viam. š. de oper. no. nunci. & l. iij. C. de pigno. & de materia huius. l. an stipulatio dandi vel faciẽdi transeat ad heredes actiue & passiue plene dicitur in. d. l. si sic. j. eod. & dici solet in. l. iuris gentium. §. pactorum. š. de pact.

Si sic stipul. Si verba stipulationis executiua referuntur ad stipulãtem eius est electio. h. d. Et nota bene istam. l. quia per ipsam declaratur glos. in. l. lucio. de le. ij. quia quatenus dicit aliud in contractibus aliud in vltimis voluntatibus procedit in casu dubij alias si constet ad quem verba executiua diriguntur non est differentia inter contractus & vltimas voluntates vt hic patet. ¶ In glo. in ver. electio ibi. sed non est ambiguum: & sic no. q vbi verba sunt clara nõ egent interpretatione. ad idem. l. ille aut ille. §. cũ i verbis. de le. iij. & sic facit qđ si statutũ dicat q si est questio inter coniunctos quod debeat fieri compromissum qđ nõ debet cogi ad compromissum si clarum & apertum ius est pro vna parte. facit quod no. Bar. in. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ¶ In ea. glo. ibi. vel contra. hec vera vt patet ex. d. l. si stipulatus sim.

Summarium.

1 ☞ Tacitum quando pro expresso habeatur.
2 Segetis nomine quid veniat.
3 Stipulatio sequens de illa quantitate in qua mutuum precessit intelligitur.
4 Stipulatio sine causa in dubio ad causam preambulam censetur relata.

Triticum. Incertitudo vitiat stipulationez nisi ex probabilibus coniecturis ad certitudinem possit reduci. h. d. ¶ † Not. q in contractibus verborum etiam tacite actum habetur p expresso. nec ob. l. quicquid astringende. j. eod. vbi non valet non expressum: quia illud verum in substantialibus obligationibus vt est interrogatio & responsio que bene debent exprimi vt ibi. et in l. cum quid. si cer. pe. nec ob. l. ita stipulatus. in prin. j. eod. quia responde vt ibi no. in glo. magna. fauore tamen vltime voluntatis quandoq3 incertitudo non vitiat per notata in. l. que cõditio. §. fi. de condi. et demõ. & l. cum post. §. gener. de iu. do. & l. j. de le. ij. ¶ Item no. arg. secundum Dy. quod si arbiter assumptus in iudicio communi diui. adiudicet rem pro precio declarando per eũ si decesserit antequam declaret non est adiudicatio. facit. l. si quis arbitratu. š. eo. ¶ In glo. super ver. triticum in fin. No. triplex significatum huius nominis triticum. ¶ Item not. † q nomen seges & blada est nomen generale ad omne id quod in area teritur quod tamen dicit glo. de blado est vulgare: quia non habet̃. l. de hoc loquens: tangitur etiam in glos. l. non debere. j. ad mu. facit qđ no. per Bar. in. l. j. §. de eo. š. de aqua plu. arcẽ. ¶ Et facit glosa quod si statuto prohibetur extrahi bladum nõ possit extrahi semen lini cum illud in area teratur: hoc tamen forte est verum nisi communis vsus loquendi in loco aliter se haberet arg. l. cum de lanionis. §. asinam. de fun. in. & l. librorum. §. quod tamen cassi⁹. de lega. iij. Et hanc glos. dicit etiam Angel. sing. ex qua no. q appellatio tritici per excellentiam reducitur ad frumentum seu bladum: & sic obscura dictio circa nomen semper reducitur ad nomẽ excellẽtius vt dicimus in vrbe & poeta philosopho & sapiente. instit. de iure naturali. §. quoties. facit q aliquis accusat de furto frumenti si probet de furto hordei nõ vincat cum frumentum sit excellentius triticum. aliud ergo significat fruges aliud frumẽtum vt hic iuncta. l. frugẽ. j. de ver. sig. & iuncta ibi glo. fi. Et in hac specie loquitur in rubro & nigro. C. de frumento alexandrino. lib. x. glo. tamen in. d. l. non debere accipit frumentum pro omni blado. sed dic secundum eum qđ illud secundũ latam significationẽ. scđm aũt ꝓpriũ significatũ refert̃ ad granũ. hoc intellige verũ salno semper communi vsu loquendi. ¶ Et attende: quia dominus Ange. loquitur in aliquo accusante de furto frumenti in quo frumento cõis est vsus loquendi intelligat̃ de grano. sed si accusat de furto tritici si cõis vsus loquendi haberet triticũ pro grano idem esset dicendũ alias si hoc nõ apparet cũ in dubio verba debeãt intelligi pro libellãte. š. de iudi. l. si quis intentione. & declarantur & ex processu vt in. c. examinata. de iudi. vs quod debeat obtinere.

¶ In glo.

5 ¶ In glo. sup ver. cogitauit. in fi. † Nota ex hac glo. qd stipulatio sequẽs in dubio intelligitur de illa quãtitate in qua precessit mutuum. et loquitur hec gl. quando fuit quantitas hec expressata in stipulatione. idem tamen dicas si quantitas fuit expressa sed non causa. vbi si mutuaui primo tibi. c. postea ex interuallo promittis dare. c. intelligitur stipulatio ex causa mutui que precessit. arg. huius glo. et eius qd notatur in. l. si quis ad exhibẽdũ. §. de excep. rei iudi. idẽ si mutuaui tibi. c. et postea per stipulationem promisisti quinquaginta presumetur ex dictis. c. et ex dicta causa ar. l. dinortio. §. eo. et. l. sempronius proculo. de leg. ij. et quod notatur in. l. cũ centum. de adimen. le. ¶ Quid autem econtra si primo quis promisit postea per numerationem accipit. dic vt colligitur ex. l. si stipulatus et. l. cũ enim. j. de noua. nam si incontinẽti sequitur numeratio videtur facta causa implende stipulationis. si autẽ ex interuallo est maius dubiũ: sed de hoc dicendũ vt ibi. † Et nota ex predictis qd stipulatio sine causa in dubio intelligitur relata ad causam preambulã si qua precessit. nisi autem aliqua causa preambula nõ apparet consueuit dici qd presumitur causa donationis de quo dicetur in. l. a titio. j. eo. et tangit in. l. ij. §. circa. de doli excep. Et limitat Bart. etiã predicta quando principalis cõtractus nõ fuit stipulatione vallatus alias ne secunda stipulatio sit inutilis dicit ipsam intelligendã ex causa donationis et sic de alia quantitate ar. l. quinquaginta. de probatio. iũcta. l. qui vis. supra. e. et qd not. in. l. quoties in stipulationibus supra. eo. ¶ Et tangit etiam idem Bar. quod si sepius fuit cõfessus se debere decẽ ex causa mutui an intelligatur de eadem quantitate an de diuersis. et concludit quod in concessione extraiudiciali de eadem quantitate intelligatur: quia illa tantum probat et non inducit: secus in iudiciali quia etiam inducit vt no. glo. in. l. j. in fi. §. de inter. ac. sed Ang. cõtra etiam in ipsa confessione iudiciali: quia in confessione mutui etiam in literis post biennium oritur actio vt no. Barto. in. l. si ex cautiõe. C. de non nu. pe. et tamen ipse dicit qd nõ intelligetur nisi de eadem quantitate pecunie licet bina fuerit confessio extraiudicialis. vnde dicit idem dicendum in iudiciali confessione quod in extraiudiciali: quia principaliter est ordinata ad probandum licet incidenter obligationem inducat. inspici autẽ debet quod principaliter agitur vt no. in. l. si quis nec causam. §. res pigno. ff. si cer. pe. idem hic Bal. dicens q eodem modo oritur actio ex confessione extra iudicium facta cũ causa facta parte pñte sicut in iudiciali. ¶ Sed adde qd hoc iure non reperitur cautum. sed q probat demũ quãdo fit cũ causa parte pñte vt. l. publia. ad fi. §. depo. ¶ Item adde qd contra Ang. inquantum dicit ex confessione facta ex causa mutui etiam non deducta ad literas extra iudiciũ oriri actionem post biennium est glos. or. in. l. si non singuli. C. si cert. pe. de quo dicetur in. l. si ita stipulatus. §. grisogonus. j. e. dictum autẽ Ang. satis placet per aliam suam rationem. nec ob. q verba debent referri ad nomẽ excellentis: qr verum est in dubio si aliud non appareat vt in dictis iuribus: secus si aliud appareat ex mente proferentis que in libello potest etiam ex postfacto declarari expresse vt. d. l. si quis intentione. et etiã tacite vt. c. examinata. de iudi. cum ibi no. ¶ In glo. fi. ibi ex aliqua causa impeditus non fecerat subaudi quia non erat translatum dominium ex quo causa non est declarata. posset tamen heres causam declarare ad stipulatoris cõmodũ per not. in. l. si quis a filio. §. si plures de le. j. et per ea que dicta fuerunt in. l. inter stipulantem. §. j. supra eo. et hãc gl. communiter tenent doc. per. l. nũq nuda. de acqui. re. do. licet pe. reprobet eam per. l. j. supra de vsucap. pro dote et. l. dotis. §. fi. supra de iur. dotium. sed non obstant quia ibi erat expressa causa habilis ad translationem dominij licet ex futuro secus quãdo nõ subest aliqua causa habilis vt hac glo.

Qui insulam.

Qui stipulatur opus fieri solo coherens debet locum exprimere vbi fiat et talem qd intersit stipulatoris. h. d. ¶ In tex. ibi insulã. Qualiter sumatur hoc verbum vide supra. e. l. si insulam. in prima glo. ¶ No. q vbi quis stipulatur fieri opus solo coherens requirit loci expressio quod fieri potest. requirit etiã qd exprimatur forma seu qualitas et quantitas ipsius operis: et sic insule vt in casu proposito. s. cuius longitudinis et latitudinis: de qua materia alias tanq incerta non teneret. arg. l. si ita stipulatus sm Jac. de are. j. eo. et hoc propter nimiã incertitudinẽ. nam alias promissor liberari posset data domũcula paleax aut duorũ digitorum: aut ita parua qd interesset potius non habere quã habere: cõstituitur enim domus et fundus destinatione nostra. l. qd in rerũ. §. si quis post de le. j. et. l. si dom⁹. et in. l. si quis duas. §. si partẽ. supra de pd. sm Ang. s. e. si qs insulã. et hec vera i stipulatione. nã in vltima volũtate ei⁹ fauore interdũ nõ vitiat dispositio pter incertitudinẽ. exemplũ ponit per. l. que cõditio. §. fi. supra de cõdi. et demon. puta si testator iussit erigi aliquod hospitale vel altare non demõstrato loco sm Ang. sed dicere potes quod hoc non operatur simpliciter fauor vltime voluntatis per not. in. d. l. si domus. in prin. de le. j. et c. ti. l. legato generaliter. sed fauore pie cause ad qd facit qd no. glo. in. l. cum post. §. gener. de iure do. et Py. et Bar. in. l. ita stipulatus. j. eo.

Summarium.

1 ¶ Permissio legis excusat.
2 Offendens inimicum iam reconciliatum quando pacem frangere dicatur et quando non.
3 Pacem non rumpit qui bannitum offendit.

1 Qui seruum.

† Permissio legis excusat debitorem speciẽ debitã perimẽtẽ. h. d. ¶ Nota limitationem ad. l. si seruũ. in princi. et §. sequitur. et ad. l. si ex legati causa. supra eod. Et intellige tex. quando seruus fuit in tali facinore deprehensus quod poterat occidi facit. l. j. supra de his qui sunt sui vel alieni iur. et id quod habet in. l. si pcussor. ad sil. et in. l. gracch⁹ de adulte. ¶ † Itẽ 2 a not. ar. q offendẽs [a] inimicum iam reconciliatum et iam deductũ ad pacem si iusta causa offensionis postea interueniat nõ rumpit pacem. facit quod statim dicitur per Jo. an. i ti. de treu. et pace in addi. specul. dicit quod talis bene rumpit treugã qr propter alias iniurias non tangentes articulum guerre nõ est licitum rumpere treugam sm Ang. de quo etiam remittit ad ea que dicta fuerunt in. l. si ex legati causa. ¶ Tu adde quod ibi Joã. and. non facit differentiam an alia iniuria tangat articulum guerre vel nõ. Sed simpliciter dicit quod non est licitum rumpere treugam licet aduersarius eam ruperit secus tamen dicit in pace per aduersarium facta quia tunc offendens aduersarium non tenebitur pena pacis rupte sed alias forte de vulnere illato poterit puniri secũdum formam iuris. et sic fortius videtur vinculum treuge q vinculum pacis. et hoc fuit dictum vinc. vꝫ quod non licet quoquo modo rũpere treugam licet aduersarius eam ruperit vt refert Joã. an. in addi. pal. et in. c. peruenit el. ij. de iurein. et quod notat arch. xxiij. q. iij. c. illi qui. et sic dicit seruari in hispania. sꝫ certe illud videtur potius de consuetudine quã de iure propter illam regulam vulgatam frangenti fidem fides frangatur eidem. l. cum proponas. C. de pact. et. l. qui fidẽ de trans. nec ob. qd habetur. xj. q. iij. c. inter verba. ad fi. cum ibi notatis. quia illud videtur procedere secundum ius poli secundum qd non debemus querere vindictam: secus autem de iure fori vt in dictis iuribus. ¶ † Ultimo inducitur 3 iste tex. ad. q. si feci pacem cum inimico meo et promisi eum nõ offendere demum fuit exbannitus. et ex forma statuti poterat impune offendi an si tunc offendam videar rumpere pacẽ. et videtur qd non. arg. huius. l. et. l. si seruum. in prin. §. eo. et hic bononie fuit disputatum contrariũ per. l. si filius. §. de fideicõ. li. et. l. si quis legatũ in fin. j. de fal. et bene facit quod hr in. l. si quis in bello. j. de cap. in quibus ptꝫ q ius qd habeo ex mea prouisione difficilius perdo q id quod habeo ex prouisione. l. pro hoc quia lex suum non tibi tuũ denegat auxilium vt no. in. l. ij. C. si aduer. ven. et in. l. fin. C. qui po. in pig. ha. et hanc opi. videtur hic sequi Ang. et allegat quod not. Ja. bu. in. l. fi. C. de sen. pass. ¶ Sed certe hec opi. videtur vera primo qr videt contra istũ tex. iuncta. d. l. si seruũ. sed certe voluerunt respondere qd hic non erat specifica promissio de non offendẽdo et sic in casu huius. l. non offendere veniebat immediate ex. l. dispositiõe secus in. q. predicta nihilominus contra predictam opi. etiam facit quia qui permittit nõ offendere intelligitur pmisisse nisi lex pmittat. l. quero. §. inter locatorem supra loca. et. j. e. l. quidã cũ filiũ. et per hoc facit quod no. Bar. in. q. sua que incipit lucane ciuitatis. vbi plus dicit qd si etiã postq inimicus fuit exbannitus fuit facta pax cum eo. et promissum nõ offendere videtur posse impune occidi cũ tali statuto qd fuit inductum ob publicam vtilitatem et in odium bãnitorũ nõ possit renũciari per notata in. l. ius publicum. §. de pac. et. l. tam et si. ad mace. bene facit. l. minime §. de religio. et quod not. in. l. quidam. j. de penis. non cõsulerem tamen contra promissionem veniri et maxime attenta consciẽtia.

[a] ¶ Offendens. Uide Alber. de rosa. hic et barto. q illud tangũt.

¶ Nota istõ dubium.

Summarium.

1 ¶ Adiectio inutilis non vitiat sed vitiatur.
2 Promittens se soluturum factum promittere dicitur.
3 Promittẽs per verba impersonalia liberatur dando reum idoneum.
4 Promissio ex causa lucratiua inter spõsum et spõsam est inualida.
5 Correlatiuorum idem est iudicium.

1 Si ita stipula.

† Inutilis adiectio vitiat et nõ vitiat. h. d. ¶ In tex. ibi hypocẽtaurũ est imaginariũ aĩal ex multis speciebus compositũ qd nõ reperit in rex natura. facit insti. de inuti. stipu. in prin. et facit qd dicunt logici de chimera. ¶ In gl. super verbo stipulat⁹ ibi hodie secus. vult ergo ista glo. q stipulatio penalis hodie indistincte nõ nouit primitiuã per. l. fi. hic alle. sed dic quod illa nihil facit secundum cõem opinio. doct. quia loquit stipulatione pariter principali et coequeua ad primã non autẽ in stipulatione penali de qua in ea. l. ita stipulatus.

2 **Possum.** Qui promittit se soluturū promittit factū. id succedit obligatio ad interesse secus in eo qui promittit se daturū. ¶ In tex. ibi illi se daturū pōt intelligere simpliciter ⁊ intellige stichum vel .x. nā si promisisset se daturū nomine titij videretur idem dicendū qd̄ si promisisset se soluturū. ⁊ hoc tenuit Bar. alij tamen dicunt ꝙ etiā tūc remanebit differētia inter predicta. et hoc sequitur Dy. vt. j. dicetur. et dic illi. s. stipulationi. ⁊ fac punctū post verbū illi. sȝ gl. hic facit punctū post verbum simile ⁊ intelligit illi. s. persone. In glo. super ver. soluturum in fi. Sed certe si bene attendatur in tex. isto non fit mentio de subaudito glos. ideo hic intellectus videtur literam violare. pro tanto Dy. intelligit qd̄ hic promisit se soluturum qd̄ est facti vt hic in fi. hr. ⁊. l. consilio. in fi. s. de cura. furio. ⁊ no. j. de solu. super rubrica. ⁊ sic hic fit differētia an quis promittet se soluturū vt tunc videatur promittere factum. an se daturū. et tunc secus per. l. vbi aūt. §. fin. s. eo. ⁊ hoc sequitur hic Pe. Sequitur etiam Bal. ⁊ ange. dicētes quod qui promittit soluere promittit merum factum tamen non fit obligat⁹ ad dominū trāslationem. ideo succedit obligatio ad interesse. sed qui promittit dare promittit transferre dominium. d. l. vbi autem in fi. ⁊ per hoc redditur iste. §. sing. fm Bal. ꝓ hoc etiā adducit Ang. quia verbum solutionis sonat in factū. l. solutionis. de ver. signi. ⁊. d. l. consilio. in fin. ideo debet accipi pro promissore ar. s. eo. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus ⁊ hec opi. nō placet hic bart. qꝛ in larga significatione etiam dare est facti. l. in facto. s. de condi. ⁊ demō. ⁊ qꝛ soluere est facere id qd̄ quis promisit. s. de ver. sig. l. solutionis verbo. in fi. ⁊ iō si in obligatione erat dari q̄ promittit soluere ꝓmittit dationē si fieri ꝓmittit factū. et sic nō videt̄ differentia an promittā me soluturū noīe titij an vero promittā me daturū nomine titij. fm eū posses forte dicere si velles sustinere opi. Dy. ⁊ sequentiū qd̄ si verbū soluere referatur ad eū qui erat prius obligatus procedat. d. l. solutionis verbo in fin. Si vero referat̄ ad eū qui prius non erat obligatus sed se nouiter obligat ad soluendum nomine alterius. et tunc procedat iste tex. alius tamen datur intellectus in hoc tex. vt fiat differētia an promittā me soluturum nomine titij vel daturum. an vero promittā simpliciter me daturum vel soluturum simpliciter quod titius dȝ non adiecto nomine titij. nam primo casu quando dicitur nomine titij. ista promissio videtur fieri causa titij per. l. fideicōmissa. §. interdum. de leg. iij. ⁊ sic videtur promissor promittere facere negotia titij soluendo stipulatori. ⁊ sic videtur quis alteri stipulari. ideo non agit nisi quatenus sua interest. l. stipulatio ista. §. alteri. s. eo. item quia natura fideiussionis est qd̄ possit soluere pro se et obligatione sua ⁊ etiam possit soluere pro obligatione rei principalis. s. de condi. inde. l. indebitum. ⁊. j. de sol. l. ⁊ magis. ⁊ notat̄ in. l. pap. s. mand. ⁊ sic quando quis promittit soluere nomine titij non debet dici fideiussor cū cessent ea que. s. dicta sunt. ¶ Item 3 aduerte ꝙ dicit hic Ang. † ꝙ si quis promittit per verba impersonalia puta promicto curare decem dari tibi tunc liberetur quis dando reum idoneum. ⁊ sic intelligit. l. illa. §. j. supra eo. secus dicit quando quis promittit simpliciter se curaturum titium daturum: quia tunc tenetur ad dandum si titius ad ipsum dari obligatus non est. ⁊ idem cum quis promittit vel per testatorem grauatur ad curandum vel faciēdum qd̄ quis habeat. x. ex quo ad illa x. nemo obligatus existit ⁊ ita intelligitur. l. si heres de lega. j. sed si titius existeret obligatus sufficeret qd̄ curet vt hic. in glo. ⁊ ideo liberatur reum locupletem dando. ⁊ sic limita ea que dicta sunt supra eo. in. l. in illa. §. j. Sed adde qd̄ hec sua opi. videt̄ cōtra casum. d. l. in illa. §. j. s. eo. ⁊. l. fi. si cer. pe. non violando dictas. ll. ⁊ ꝓ hoc etiam facit. quia natura verbi curare videtur hoc importare quod sufficiat dare reum locupletē per ea que dicta fuerunt in. l. in illa. §. j. s. eo. ⁊ sic vbi est appositum dictum verbum siue titius fuerit obligatus siue non videtur eadem ratio siue dispositio.

¶ Nec ob. tex. iste qꝛ nō habuit intellectū quem voluit hic glos. et preterea nō dicit̄ hic quod titius ante esset obligatus nec negatur non esse idem si nō fuisset obligatus. ¶ In glo. super verbo si titius. ibi: ⁊ vltra mare. no. aliquē nō dici esse soluendo si per oīa soluendo nō est vnde cōsiderat̄ idoneitas ex facilitate cōueniendi. et ⁊ facultatū opulētia. ⁊ ex fide: ita ꝙ nō sit rixosus. facit qd̄ notat̄ i d. l. ij. hic alle. ⁊ in. l. quint⁹. supra mā. ⁊ hoc no. ꝓ fideiussorib⁹ exigēdis etiā principali nō excusso qn̄ hec sunt notoria de quo in. l. x. j. eo. ⁊ in auten. de fideius. in glo. magna. in prin. coll. prima.

Vid. q̄ dixi hic in additio. ad Alberi. vbi reputaui hūc tex. singularem.

4 **Si tibi nupsero.** † Inter spōsum ⁊ sponsam non valet promissio ex causa lucratiua que in tempus etiam matrimonij cōfertur. h. d. ¶ Nota ꝙ nō vȝ stipulatio qn̄ mulier stipulatur ab aliquo aliquid si eidem nupserit sec⁹ videtur si stipuletur aliquid si alteri q̄ ꝓmissori nupserit arg. l. j. C. de insti. et sub. et. l. vter ex fratribus. de condi. institu. ¶ Itē no. ꝙ tūc regulariter nō dicitur esse ꝓbabilis cā stipulationis ꝑdicte. nā presumit̄ cā libidinis si aliud nō appareat. secus videt̄ si aliud appareret. vt qꝛ forte erat vir vilis conditionis ⁊ mulier erat nobilis vñ promittebat cā habēdi illā parētelā vel faciebat cā pacis ineunde vel melius cōseruande. nam tunc valeret. facit qd̄ notat glos. in. l. si volūtate. C. de dotis promis. ⁊ qd̄ notat̄ ꝑ Bar. s. e. j. si diuortio. ¶ Et aduerte: quia opȝ te intelligere quod hoc casu qn̄ vir ꝓmittit non fiat ꝓmissio cā dotis seu ꝙ cōuertat̄ in dotem alias videtur clarum qd̄ tenetur. et secūdum hoc habes casum singu. in quo tenet donatio collata in tēpus matrimonij. s. quando non est mere ex causa lucratiua nisi forte dicas qd̄ vir regulariter non possit donare mulieri cōferendo in tempus matrimonij etiam si velit in causam dotis conuerti. nam tunc colligere-
5 tur clare notabile quod supra dixi. ¶ † Vltimo nota ꝙ correlatiuorum idem est iudicium. nam vir et vxor correlatiua censetur. facit. l. fi. de indi. vidui. ¶ In glos. super ver. nec raro ibi. respō. si ex causa dotis. ⁊ ideo tunc tenet quia dos est ex causa onerosa. C. de iur. do. l. pro oneribus. et similiter donatio propter nuptias que sequitur est ex causa onerosa: que ideo fit quia dotem quis recepit l. si constante. hic alleg. ⁊ auten. item equalitas. ibi posita. hic vero loquitur quando promissio fit mere ex causa lucratiua. ¶ In ea. glo. ibi pro arris. intellige quando arre realiter traduntur ⁊ promissio fit de restituēdo duplicatas vel triplicatas. l. mulier. hic allegata. alias gl. non procederet vt dicitur. j. e. l. titia. ¶ In ea. glo. ibi. l. ex ea. §. j. sed dic melius quod ibi non promittitur ex causa mere lucratiua. sed ob recompensationem iniurie sibi fiende. preterea ibi est causa honesta vt a delicto abstineāt. ¶ In ea. gl. ibi sȝ ideo hec opi. non bona. quia expressio dicte conditionis nō debet vitiare ex eo quia tacite inest vt. l. stipulationem. supra de iure do.

Summarium.

1 Stipulari rem suam potest quis sub conditione.
2 Cause due lucratiue circa quam rem et quando simul concurrere possint.
3 Argumentum est licitum per deductionem ad absurdum.
4 Stipulatio quando ad interesse totale committatur.

Existimo. Quando est impedimentum mixta consideratione rei ⁊ persone valet stipulatio si impedimentum cesset tempore existentis conditionis. Et diuiditur in duas partes principales: quia primo ponit duo dicta. secundo probat per deductionem ad absurdum. et primo circa primum casum. secundo circa
1 secundum. secunda ibi aut si hoc. ¶ † No. ꝙ quis potest rem suam stipulari sub conditione de quo in. l. si rem meam. supra. eo. ⁊. l. nemo rem suam. ¶ Item no. ꝙ possum stipulari viam ad fundum qui non est meus tempore stipulationis: sic ⁊ econtra promittere potest quis seruitutem licet fundum non habeat. l. heredes. §. an ea. s. fa. her. Et sic ex isto tex. probari videtur quod stipulatio que a principio non valet propter carentiam interesse ex postfacto videtur validari superueniente interesse. et sic dici potest quod a principio non est omnino nulla. sed caret effectu interim seu interim cessat vt in fi. in. l. inter stipulantē. §. sacram. supra e. ⁊ ad hoc bene facit. l. supra proxima. §. j. intelligēdo qd̄ ibi ille titius erat locuples a principio tēpore stipulationis. sed ex postfacto desijt esse locuples in totum vel in partē. ⁊ pro hoc videtur casus in. l. si remunerandi. §. si tibi. coniūcta gl. s. mā. de quo dixi in. l. stipulatio ista. §. alteri. s. e. Nec ob. si dicatur ergo eadem ratione valebit stipulatio si stipuler pure rem meā: qꝛ poterit esse quod in futurum desinet esse mea. et sic superueniet interesse cōtra. l. si rem meā. s. e. qꝛ respōde ꝙ interdū deficit interesse ex eo ꝙ quis penes se habet id qd̄ stipulatur. ⁊ tunc stipulatio penitus est nulla. d. l. si rem. habet enim penes se qd̄ extra querit. ⁊ ideo. l. sibi nō subuenit. interdum deficit interesse ex alio capite. ⁊ tūc valet stipulatio ista ⁊ hic.
2 ¶ † Itē nota ꝙ due cause lucratiue etiā circa eādem rem que potest ad oculum demonstrari possunt concurrere diuersis temporibus: ratio quia effectus prime reperitur extinctus tempore superuenienti. eodem autem tempore non possunt cōcurrere. l. inter stipulantem. §. si rem supra. e. ⁊. l. meuius. §. duobus supra de lega. ij.
3 ¶ † Item no. ꝙ licita est argumentatio ⁊ licitus mod⁹ arguendi per deductionē ad absurdū supra de bo. li. l. nam absurdū. ¶ Itē no. ꝙ vbi quis stipulatus est viam ad fundū suū sub ꝯditione interim alienato fundo nō euanescit stipulatio: secus si pure esset stipulat⁹. s. de serui. l. ꝑ parte. ⁊. j. e. l. si sub vna. §. j. vbi pȝ qd̄ corrumpit̄ stipulatio seruitutis fundo alienato per stipulationē. sȝ ibi iō quia stipulatio seruitutis erat pure contracta: et sic perimi poterat. hic erat conditionalis vnde interim perire nō potest cū nō sit pendente conditione. j. de ver. sign. l. cedere diem. et facit. j. eo. l. x. ¶ Item no. brocardum an vitietur res si deueniat ad eum casum a quo icipere nō pōt de quo. j. e. l. si pluribus. §. ⁊ si placeat. ¶ In glo. super ver. meus non erit ibi. sed debita. ⁊ sic actio personalis competat ad seruitutem constituēdam. facit qd̄ notatur in. l. prioris. s. de ser. rusti. predi. ¶ In ea. gl. ibi rōne persone subaudi tantum ⁊ quod subijcit secus si ratione rei subaudi ⁊ persone per notata. s. in. l. si rem meam. ⁊ non obstabit. l. inter stipulantem. §. sacram. quia ibi est defectus ratione rei tantum. ideo inspicitur presens tempus hic autem est est defectus mixta ratione rei ⁊ persone de quo plene dictum fuit. s. eo. in. l. sed rem meam.

Bar.⁊ gl.in.d.l.fi.⁊ per hoc rñderi põt ad.l.in fideicõ.nã videtur loqui qñ legat̃ res aliena. qđ patet ex eo qđ dicit ibi venire fruct⁹ ex mora.si aũt legata esset res testãtis etiã ante morã venirẽt fructus.vt no.gl.in.l.fi.de vsufruc.leg.⁊ hec de secundo mẽbro principali.s.posito sufficiant. Ang.tamen circa istũ articulũ an difficultas impediat exactionẽ in voce dicebat aut difficultas causatur a persona debitoris vt qꝛ est inops ⁊ nõ excusat.aut a tertio.⁊ idez si sit dubia.l.non dubiũ.§.fin.de leg.iij.aut causatur ab ipsa re vt qꝛ nõ apparet vel est absens:⁊ tunc excusat.l.cũ res.de leg.j.⁊ sic re-
15 sidebat.sed perfectior videt̃ esse cõclusio quã supra tetigi. ¶ †Circa tertiũ articulũ an difficultas impediat cõmissionẽ more cõclude qđ si in obligatione est dari speciem ⁊ tunc difficultas impedit cõmissionẽ more.l.qđ te.et qđ ibi notatur in gl.in ver.in potestate.s.si cer.pe.⁊ l.cũ seruus.de le.j.aut in obligatione est factum.⁊ tunc idẽ.l.j.§.si frater.de col.bo.facit.l.vehẽda.§.pe.hic alle.in gl.⁊ l.ij.si quis cau.aut est in obligatione dari quantitatẽ.⁊ tunc nõ impedit morã ꝯmitti:ar.l.j.C.qui bo.ce.po.⁊ l.ad diẽ.s.e.nec ob.l.thais.s.de fideicõ.li.in.§.j.qꝛ ibi respectu serui factũ erat in obligatione.s.reluitio.sed respectu creditorũ datio pecunie.ideo non mirum si ibi difficultas respectu obligationis serui cõtingens heredi impedit morã cõmitti vt ibi pꝫ ⁊ hoc videt̃ esse de mẽte Bar.hic. Ang.autẽ addit duo dicta circa istũ articulũ.primũ est quod casus cõtingens in persona debitoris obligati in genere seu ad dãdum quantitatẽ non excusat debitorẽ a mora ⁊ per cõseqnẽs nec a commissione penali maxime si ille casus contingẽs non fuit naturalis allegat.l.ad diem.s.e.facit.l.labeo.s.de nau.fe.secus si cõtingat in personam creditoris.l.fi.s.de nau.fe. Secundũ dictum est quia dixit qđ inquantũ dictum est difficultatẽ dandi non excusare debitorẽ a mora in obligatione dandi pecuniã vel aliud in genere qđ fallit quando quis nõ est obligatus ad dandũ simpliciter vel cũ cõmodum sibi erit:exemplũ ponitur in.l.diuortio.de neg.ge.⁊ in.l.nepos ꝓculo.de vb.si. Tu adde etiã alia dicta inquantum est dictum qđ vbi est in obligatione dari speciẽ difficultas impedit cõmissionẽ more.illud videtur verum quando difficultas est tanta qđ assimilatur casui fortuito vt.l.quoties.§.in potestate s.de noxa.vel causatur a longa absentia: alias secus per.l.si seruũ in prin.ver.si autẽ alienus.vbi videtur quod promittẽs dare seruum alienum constitui possit in mora per interpellationẽ quod videtur intelligendũ etiam si dñs nolit illũ vendere per illũ text.qui simpliciter et indistincte loquit̃ ⁊ per id quod notatur in.l.nõ dubium.§.fi.de lega.iij.quia talis difficultas non impedit executionem vt dictum est.s.si ergo dñs velit vẽdere iusto precio imputet sibi in effectu qui est obligatus ⁊ tenetur ad quantitatem.si autem dñs nolit vendere tunc idẽ quia reputare debet in effectu se obligatum ad extimationẽ. ¶ Item adde secundo qđ ista responsio ad.l.thays.§.j.non videtur bona quia vbi factũ habet explicari per dationem iudicatur de illo facto vt de datione.l.v.§.fi.s.eo.vbi dictum fuit.⁊ ideo cum restitutio habeat explicari ibi per reluitionem vel dationẽ pecunie videtur iudicandum idem ac si in obligatione venisset dari quantitatẽ.vnde potes aliter dicere qđ ibi loquitur quo ad euitandam moram irregularẽ que contrahitur re ipsa sine interpellatione in libertate.l.cuꝫ heres.§.j.s.de fideicõ.li.⁊ notat gl.magna in.l.mora in prin.s.de vsu.ideo nõ mirum si difficultas ibi excusat a tali mora: nã facilius tolluntur et impediuntur iura specialia q̃ iura cõia vt in.§.quia vero verisimile.in aut.de non alie.col.ij.⁊ in.l.eius militis.§.testamento.s.de testa.mili.hic autẽ loquimur de mora ꝯmittenda per interpellationem de iure cõi. ¶ Item tertio adde inquantum dictum est qđ in obligatione dandi quantitatem difficultas non excusat: qꝛ illud videtur verũ saluo nisi debitor ex parte sua quantum fuerit in eo expleuerit qđ implere debebat.nam tunc casus superueniẽs bene excusat eũ a mora vt est casus no.in.c.significantib⁹.de pig.
16 ¶ †Circa quartũ an difficultas impediat cõmissionẽ pene cõcludit Dy.qđ si in obligatione est factum ⁊ pena adiecta difficultas in ipso facto superueniens impedit obligationem in pena oriri.l.si vehenda.hic alle.⁊ l.ij.si quis caut.Si vero in obligatione principali est dari tũc si difficultas est ex parte persone promissoris nõ impedit penã cõmitti.l.ad diem.s.eo.secus si difficultas est in re.quia tunc impedit.l.si homo mortuus.s.e. Tu potes concludere qđ aut pena venit cõmittenda ex conditionis euentu non ex mora.⁊ tunc difficultas non impedit.l.in illa stipulatione si calendis s.e.⁊ l.ita stipulatus.ver.item si quis.s.eo.si vero venit pena cõmittenda ex mora in casibus in quibus dixi supra non committi moram propter difficultatẽ non committetur pena.l.ij.s.si quis caut.⁊ l.celsus.s.de arbi.in aliis autem casibus in quibus difficultas non impedit moram committi non impediet etiam commissionem pene.l.ad diem.s.eo.⁊ d.l.labeo.de nau.fe.et ex his patet intellect⁹.d.l.ad diẽ.de quo ibi etiam dictum fuit.

17 **Si ab eo.** Possum stipulari ab eo qui non potest facere illud quod per aliũ est factibile.h.d. ¶ †Not.ꝙ vbi quis non põt facere per se debet facere per substitutũ.⁊ hoc ideo qꝛ nõ fuit electa industria persone.Sed potius fuit cogitatũ de effectu qui resultat ex facto.facit qđ notat̃ i.l.nemo.j.ti.j. ¶ In gl.j.in fi.de hac.q.etiã tetigit gl.in.l.quisquis.la prima.C.de epis.⁊ cle.vbi etiam per doc.⁊ i spec.de aduoca.§.j.ver.sed pone abbas pro declaratione gl.conclude qđ interdum querit̃ an ipse aduocatus viuens possit per aliũ seruire aut an ipso mortuo possit heres per substitutũ seruire.Circa primum conclude qđ regulariter non põt qꝛ videtur electa industria persone.l.inter artifices.j.de solu.fallit primo ratione dignitatis superuenientis.l.null⁹.de decu.li.x.fallit scđo ratione necessitatis forte ꝑpter infirmitatẽ.l.j.de prin.agẽ.in re.li.xij.fallit tertio fauore religionis licet doc.non tã-
18 gant vt.d.l.quisquis. ¶ †Et adde ꝛm Ang.duo.primo ꝙ vbi qs potest seruire per substitutũ semper substitutus debet esse approbatus per bonum virum vel per iudicem secundũ eum alias non deberet admitti.allegat.l.si quis ex corpore.C.de murileg.li.xj.facit etiam.s.qui sat.cog.l.arbitrio.⁊ l.ab arbitro.⁊ hec dicit notãda cõtra doc.qui per quẽlibet substitutũ seruire volunt de quo dicetur in.l.nemo.j.ti.j. ¶ Itẽ scđo addit qđ semper debet seruire ꝑ substitutũ suo periculo vnde si faber vel carpẽtarius seruiret per substitutũ ⁊ vitio operis magisterij rueret edificium periculum esset substituentis:licet esset approbatus per.d.l.nullus.C.de decur.non enim debet plus faueri operi substituti q̃ operi substituentis.facit.l.maritus.s.loca. Tu adde qđ non omnis dignitas videtur excusare sed illa tm̃ de qua in.l.cauetur per notata in.d.l.nullus.C.de decu. ¶ Item adde qđ ita demũ necessitas excusat si sit vera necessitas alias secus.l.j.C.de prin.agẽ.in re.li.xij.⁊ in.l.fi.C.de proxi.sa.scrin.eo.li.item videt̃ qđ necessitas predicta demum excuset quãdo substitutus nõ ex toto subrogatur in loco substituẽtis.sed vice ipsi⁹ hec faciat.secus si velit substituere in locum illi⁹ vt probatur in.d.l.fin. ¶ Circa secundum vero.s.de herede dic vt hic per Bar.cui⁹ dictis adde ꝛm Ang.qđ inquãtum dicit repro-
19 bando Jaco.de bel.† ꝙ si aduocato datur feudum propter patrocinium prestandum qđ illud non transit in heredem aduocati: qꝛ est feudum guardie vel castaldie eo qđ conceditur ad certam mercedem.nam dicit qđ non videtur bene reprobare: quia illud procedit qđ dicatur feudum concessum ad certam mercedẽ quando hoc exprimit̃ in concessione vel quando seruitiũ consistit in guardia aut in eo quod congruit castaldioni vt in.c.j.de feu.guar.vel castal.x.col.et etiã per Jaco.facit ista glo.Sed tu dic ꝙ Barto.nõ meruit reprobari:qꝛ si bene ponderẽtur verba eius non dixit qđ esset feudũ guardie ⁊ castaldie.sed dixit ꝙ est lucrũ pro certa mercede cõstitutum quod est species de per se in dicto feudo vt pꝫ in d.c.j.s.alle.⁊ in.c.j.de cõtro.feu.inter do.⁊ vasa.per tres chartas ad prin.libri idem tamen iudicatur in isto feudo cõstituto ad certã mercedẽ ꝙ iudicat̃ in feudo guardie ⁊ castaldie.⁊ hoc est qđ voluit Bar.⁊ Bal.⁊ de materia ꝑ Ja.de bel.in vsi.feu.i ti.si de feu.fue.contro.c.si quis decesserit.forte põt sustineri ista glo.⁊ qđ cõsequenter transeat feudũ ad heredes ⁊ ꝙ seruire possint ꝑ substitutum:vt sentire videt̃ Jaco.de bel.in.d.c.si quis decesserit.in distiquã ipse ibi ponit:qꝛ isto casu non est proprie feudum guardie vel castaldie:vt est dictũ.Item nec est proprie feudũ constitutum pro certa mercede:sed pro certo seruitio:qꝛ merces proprie videt̃ consistere in pecunia.l.si merces in prin.s.loca.⁊ facit qđ habetur insti.loca.§.j.⁊ per consequens istud feudũ videt̃ regulari ꝛm naturã regularem alioꝝ feudoꝝ:et notat glo.in.c.cũ venissent.de cõstitu.que videt̃ velle ꝙ vbi fit ab ecclesia concessio priuate persone quod in dubio intelligat̃ facta ad vitã ipsius recipientis:vt hic ꝑ Bar.

Cum quis. Non sufficit de officio fieri ad pene cõmissionem.h.d.ꝛm Barto.⁊ sic sepe allegatur sed non videt̃ de mente litere.ideo potes aliter summare.cõditio
20 impossibilis de iure vitiat stipulationẽ. ¶ †Nota ꝙ stipulatio cõcepta sub impossibili cõditione nõ valet:siue de iure siue de natura.cõco.l.impossibilis.s.e. ¶ Nota ꝙ nõ dꝫ attendi ꝙ ius possit immutari ⁊ ꝙ illud qđ modo est impossibile scđm regularẽ dispo-
21 sitionem possit postea tractu temporis fieri possibile. ¶ †Nota ꝙ quo ad valorẽ stipulationis inspicimus tp̃s obligationis de quo in.l.si rẽ meam.s.eo. ¶ No.ꝙ debet attendi presens status rei de quo in.l.inter stipulantem.§.sacram.s.eo. ¶ No.ex tex.cũ glos.in ver.relicte.quod illud dicitur impossibile quod ab vno solo fieri potest ⁊ non potest fieri absq̃ dispensatione de quo in.l.apud iul.
22 §.fi.de leg.j.⁊ per Jnñ.de testamentis.c.filius. ¶ † Ultimo nota certas res que non possunt alienari.s.res sacra religiosa forum et basilica. Et que sit differentia inter rem sacram ⁊ religiosam dic vt in.§.sacram.⁊ in.§.religiose.insti.de re.diui.itẽ quid sit forum dic vt in.c.forus de verb.si.⁊ per Joã.an.in rubrica de foro cõpe. Quid sit basilica dic vt in.l.pediculis.§.cũ quereretur.de aur.et argen.lega.et in.c.j.de eccle.edifi.nam aliter accipitur basilica secundum ius ciuile vt in.d.§.cum quereretur.⁊ aliter secundum ius cano.quia pro ecclesia nondum constructa.vt in.d.c.j. ¶ In glo.super ver.vendiderit.ibi posset valere: ⁊ per hoc non ob.l.lucius.§.tres heredes.ad trebel.vbi sufficit de facto fieri ad pene cõmissionem:quia ibi fuit cogitatum de facto hic non.et sic transeũt doc.Nec obst.secundum eos quod in dubio videatur cogitatum

de facto

de facto per.l. vbi pactum.C.de transac.quia ibi factum affert incōmodum.ideo de facto presumitur cogitatū:hic secus: ꝛ si dicas imo hic affert incommodū:q2 cogetur vendicare quod prius possidebat ecclesia.respōdeo qd sola venditio non tribuit hoc incommodum sed traditio.hic autem in conditione fuit sola traditio. sed aduerte quia imo videtur qd debeat dici fuisse cogitatū de facto cum de iure non posset talis conditio impleri argu.l. quidam cum filiū.ꝟ.eo.ꝛ sic videtur quod debet esse commissa pena.ꝛ pro tanto videtur dicendū quod hic non cōmittitur pena.ratio quia conditio hic fuit impossibilis:non autem ex eo quia fuit cogitatū de iure cum hoc non sit verisimile ex quo de iure id fieri non poterat:quia ius resistebat: secus si non resisteret: licet non assisteret ꝑ d.l.quidā cū filium.ꝛ iste videtur verus intellec.ꝟ. Aduerte tamē pro declaratione materie: quia interdū dubitatur an sufficiat de facto fieri ad euitandū commissionem pene. ¶ Interdum dubitatur an sufficiat de iure fieri:licet non fiat de facto ad euitādum cōmissionem pene. Interdum dubitatur an sufficiat de facto fieri ad pene commissionem. Interdum ꝛ quarto an sufficiat de facto fieri ad actionem acquirendum. ¶ Circa primum conclude quod aut id quod in conditione stipulationis penalis deuenit ab ipso initio tēpore stipulationis nō poterat fieri de iure:sed illud erat: quia ius resistebat stipulatio penalis fuit nulla.ꝛ sic non est necesse quod fiat de facto et ita intelligatur tex.iste.si vero ius non resistebat sed non assistebat ita quod non erat turpe illud fieri: et tūc non sufficit de facto fieri:ar.ꝟ.sic itaqꝫ.insti.de ac.ꝛ.l.fi.ꝟ. de cō. ob tur.cau.melius facit.l.quidam cum filiū. cum ibi no.ꝟ.e. interdū tamen posset ex toto excusari si nullo modo implet. exemplū promisisti dare stichū et si non dederis promisisti mihi.c.nam si stichꝰ factus sit meus ex causa lucratiua non teneris implere aliquo modo ꝛ nihilominus euadis penam.l.inter stipulantē.ꝟ.si rem.ꝟ.e.ꝛ facit quod no.Dy.in.d.l.quidam cum filiū. ¶ Circa secūdum dic quod aut fuerit cogitatum de implemento iuris ꝛ clarū quod sufficit.aut de implemento facti ꝛ non sufficit.l.qui rome.ꝟ. flauius. ꝟ.eo.aut sumus in dubio.ꝛ tunc videtur in dubio cogitatū de implemento iuris.l.si puella.et.l.ea quidem.C.si man.ita fue.alie.
¶ Circa tertium dic quod aut fuit cogitatum de contrauentione facti.et tunc committitur stipulatio penalis.l.lucius.ꝟ. tres heredes.ꝟ.ad trebel.ꝛ vt ibi patet ex natura verborū colligitur quandoqꝫ mens contrahentis quia si promisit controuersiam nō facere videtur considerare etiam controuersiam facti cum illud natura verbi videatur importare vt ibi notatur. ꝛ.l. amplius non peti.ꝟ.rem ratam haberi.ꝛ idem videtur si a pricipio sit certū quod non possit de iure conueniri:sed solum de facto.nam ꝛ tunc videtur cogitatum de contrauentione facti.l.vbi pactū.ꝛ quod ibi notatur.C.de transac.ꝛ ar.l.quidam cum filium.ꝟ.e.ꝛ hoc si non potest contrafieri de iure ex eo quia ius non assistit.secus si ius resistit per ea que dicta.ꝟ.sunt:ꝛ tunc stipulatio non valet:aut fuit cogitatum de contrauentione iuris ꝛ tunc non committitur ex contrauentione facti.l.ea quidem.ꝛ.l.si puella:aut sumus in dubio:ꝛ tunc aut in contrauentione facti non leditur pars.ꝛ tunc non videtur cogitatū de tali contrauentione vt.d.l.si puella.et.l. ea quidem.ꝛ hic est casus secundum intellec.Bar.aut ex contrauentione facti leditur pars.ꝛ tunc de tali videtur cogitatum ꝛ propter ipsam cōmittitur stipulatio penalis.ꝛ ita potest intelligi.l.vbi pactum.secundum alium intellec.vbi de hoc per Bart.ꝛ facit quod notatur.e.tit.l.si quis maior.ꝛ hec sufficiāt de.iii. ¶ † Circa quartum conclude quod si potest impleri de iure non sufficit impleri de facto alias autem sufficit de facto impleri:et sic videtur in dubio cogitatum.l.mulier.ꝟ.j.ꝟ.de condi.insti.ꝛ arg.l. quidam cum filium.ꝟ.eo.et hoc de quarto. ¶ Ultimo tangit hic Barto.qualiter possit platea vel via publica alienari sine consensu principis de quo dic vt per eum. ¶ Et adde quod inquantum dicit qd sunt alique ciuitates que non recognoscunt superiorem nec Papam nec imperatorem quod illud potest procedere secundum considerationem quā habuerunt.ll.que considerauerunt quod princeps nec populus ro.ab ipso initio habuerunt dominium omnium ciuitatum:sed postea habuit tempore octauiani.ꝛ attento quod potestas imperij nedum processit ex.ll.ciuilibus sed etiam ex.l.euangelica iuxta misticum intellectum illius autoritatis ecce duo gladij sunt hic.de qua in.c.nouit.de iudi.ꝛ in.c.cām que. qui filij sint legi.non videtur quod de iure aliqua sit ciuitas que possit pretendere se liberā quin subsit pape vel imperatori:ꝛ sic si non recognoscit superiorem id tantū de facto procedit: ꝛ ideo non videtur tenere quod faciunt sine autoritate principis eo casu quo requirit autoritas principis licet de facto obseruetur ex quo non est qui possit in dubio reuocare. ¶ Et hec not.quia faciūt ad notata per Bar.in.l. infamē.de pub.iudi.quia secundū hoc videtur quod si talis ciuitas restitueret aliquem ad famam non prodesset si in alio loco reuocaretur in dubium.

Si vt aliquid. Hic ponitur forma stipulationis penalis in stipulationibꝰ faciēdi vel nō faciendi.ꝛ hoc fit ꝑ summatio ꝛ casu in terminis.facit.ꝟ.l. cū qd.

Preterea. In dādis non potest quis vni ex heredibus prouidere secꝰ in faciēdis. ¶ In tex.ibi necesse oībus acquiri.pondera qd dicit necesse ꝛ qd dicit omnibus.vnde licet illi vni nominato cui stipulator voluit acquirere nō queratur totū.sed solū pro hereditaria portione tñ pro reliquis partibus stipulatio nō erit inutilis imo acquiret heredibus cū effectu exactionis. ¶ An autē si aliquid exegerint teneant refundere illi cui defunctus fuit stipulatus tāgit gloss.ꝛ.ꝟ.patebit. ¶ In tex.ibi vnius psona cōprehēdi subaudi:q2 illi soli acquiret ipso iure alijs nihil acquiret ex quo erat stipulatio facti indiuidui.nam videt quodāmodo satisfactū stipulationi ex quo sup toto queritur vni soli.ꝛ hoc qñ mora adhuc nō erat cōtracta ita qd successisset obligatio ad interesse. ¶ † No. qd in stipulationibus dādi nō pōt stipulator vni heredū insolidū stipulari quin omnibus acquirat secꝰ in stipulationibus faciēdi. ¶ Itē no. qd in stipulationibus dādi adiectio persone vnius ex heredibus habet pro superuacua secus in obligationibus faciēdi. ¶ In glo.super ver.oībus.ibi solue vt ibi.sc3 q2 pōt quis vni ex heredibꝰ puidere prelegādo.ꝛ sic per actū vltime volūtatis.ꝛ ita loquit ibi sed stipulādo.ꝛ sic per actū inter viuos nō vt hic. ¶ In ea.glo.ibi.sed illud est in eo pactū hec vera licet gl.ꝟ.approbet sequentē so.ꝛ similiter in cōtrario. ꝛ non bene ꝟm doc.cōmuniter.ꝛ ideo tene qd quo ad exceptionem querendā pōt quis vni heredū prouidere.l.auus hic alle.ꝛ.l.auus.ꝟ.de pac.do.ꝛ illi soli exceptio acquiret ꝛ alijs ipso iure nil acquiretur:licet glo.ꝟ.dicat contrarium scilicet quod queret alijs ipso iure sed nō cū effectu.hic aūt loquitur quo ad act.querendā.et l3 glos.ꝟ. dicat nō posse reddi ratione diuersitatis inter casum qñ quis vult prouidere vni heredū quo ad act.querendā.ꝛ casum quando vult prouidere vni heredū quo ad exactionē.tamen ꝯtrariū est verū vnde plures rationes assignantur.vna quam posuit hic Jac.de aretio quā refert hic Bar.vc3 qd pactū tendens ad exceptionē seu liberatoriū potest esse personale.secus in pactis obligatorijs cum obligatio sit perpetua ꝛ transeat in heredes per.l.xij.tabu.etiam inuitis cōtrahentibus.C.de pactis.l.pactū successorium.ꝛ in.l.j.C.si certū peta.sed certe hec ratio etiā perfecte nō instruit:q2 nō perfecte declarat quare magis pactum tendēs ad exceptionē possit esse personale quā pactū obligatoriū.ꝛ presertim cū in pacto predicto etiam insit obligatio naturalis ad non petendū iuxta notata in.l.si vnꝰ.ꝟ.pactus.ꝟ.de pactis.vnde tertia fuit ratio Pe.quā hic sequitur Ange.vc3 qd ideo quo ad exceptionē potest vni heredū prouideri:q2 pacta liberatoria quo ad acquisitionem ipsorū nullā habent certam ꝛ determinatam formā a iure.ideo acquiruntur secūdum formam cōuentionis ꝛ nō vltra.sed pacta obligatoria habēt vnicam formā a iure traditā sc3 vt transeat in heredes pro hereditarijs portionibus vbi obligatio est diuidua ꝛ transitoria.ideo illa forma non leditur pacto priuatorū ar.l.ius publicum.ꝟ.de pac.de testamētis.c.requisiti.ꝛ.l.nemo potest.de lega.j.ꝛ ideo necesse est qd omnibus acquiratur vt dicitur in litera.s3 certe hec ratio etiā non videtur perfecta:q2 per eam non apparet ratio quare magis iura statuerūt certā formā iuri obligatorio quā liberatorio.vnde quarta pōt dari ratio diuersitatis sc3 qd ideo secus in pacto obligatorio:quia obligatio oritur ex rigore:exceptio autē nititur equitate.l.obligationū.ꝟ.placet.ꝟ.titu.j.et.l.equitate.ꝟ.de doli excep. vnde cū equū sit illi soli acquiri exceptionem cui paciscens voluit acquiri:ideo illi soli acquirat.posset etiam dici ꝛ quinto qd ratio diuersitatis possit colligi ex regula generali.l.arrianus.ꝟ.tit.j.vc3 fauorabilior est liberatio quā obligatio.ideo in illa paciscēs plus possit prouidere secūdū suā volūtatem.sexta assignatur ratio qd ideo secus in pacto liberatorio:q2 in stipulationibꝰ versat ius:in pactis factum.ꝟ.de pac.l.si vnus.ꝟ. pactus.factū autē regulariter est indiuiduum.l.stipulationes non diui.ꝟ.e.ideo in pacto liberatorio sicut in facto indiuiduo potest vni heredum prouideri. S3 certe hec ratio non videt bona. primo q2 in pacto versatur non petere quod est factū diuiduū.l.iiij.ꝟ.cato.ꝟ.eo.Sol.q2 non petere in effectu idem est quod remittere. Remittere autem in effectu est idem quod dare.l.si mulier.ꝟ.de condi.ob causam. ideo videt quod idem debeat esse in pacto liberatorio quod in obligationibus dandi.ideo.vij.potest dari que videtur melior omnibꝰ alijs sc3 quod ideo secus in pacto liberatorio quia tunc si queratur soli nominato nō ledit aliqua regula iuris:secus in pacto obligatorio.quia si quereretur soli nominato lederet aliqua regula iuris. ¶ Pro cuius declaratione attende qd due sunt regule attendende in hac materia.vna est † qd heres nō repsentat personā defuncti nisi pro ea parte pro qua est heres pro alia censet extraneus vt no.in.l.ij.de preto.stipu.in.ꝟ.fi.vbi de hoc in glos. magna. ꝛ in.l. cū a matre.C.de rei ven.ꝛ.C.de heredi.ac.l.si adulta.et de bo. aut. iudi.pos.l.si vxor.cū si. † Scda regula est qd quis non potest pacisci extraneo etiam quo ad exceptionem.ꝟ.e.l.stipulatio ista.ꝟ. alteri.ꝛ.l.si tibi.ꝟ.pactus.ꝟ.de pact.modo si attendatur in pacto liberatorio non ledit aliqua dictarū regularum si soli nominato prosit:q2 proderit solum pro portione hereditaria.nam ꝛ talis videtur fuisse intentio paciscentis ne a nominato petat. q2 videtur

Iste.ꝟ.h3 materiam subtilem ꝛ aureā que3 vide per albe.hic.

voluisse ꝓuidere ne a nominato petatur illud qđ alias posset peti ꝛ in quo posset cōueniri. nam in eo in quo conueniri non poterat etiam cessante pacto non erat necesse prouidere: ꝛ sic in effectu videtur voluisse prouidere ne ab ipso nominatim petatur pro hereditaria portione: qꝛ eatenus poterat cōueniri. ꝛ sic eaten⁹ sibi ꝓderit exceptio. secus in pacto obligatorio: qꝛ si tota obligatio dandi quereretur nominato prout vꝫ fuisse de mente paciscentis. ꝛ duo essent heredes quilibet pro dimidia reperiret paciscens pact⁹ esse extraneo pro illa dimidia pro qua nominatus ille non esset heres ꝛ pro illa tali dimidia consequenter extraneo quesiuisse actionem qđ est contra regulas predictas. ꝛ hec est etiam ratio quare pactū potest esse personale prout dixit Bar. ꝛ ꝓbatur in. l. idem. §. j. s. de pact. ꝛ in. d. l. anus. facit. l. qui in futurum. §. j. s. de pactis. nec ob. predictis. l. eū qui ita. §. j. ver. ꝛ q̄uis. s. e. vbi videtur casus qđ per pactum non possit exceptio acquiri: qꝛ respondeo qđ ibi nullum fuit pactū expressum: sed prima facie vꝫ tacite factū ex causa seu ex conditione si heres ibi nominatus ad obligationem tenebatur in totū. ꝛ ideo cum ibi non teneatur nisi pro parte illud pactū quod vꝫ alias resultare non resultat. ꝛ sic in effectu est inutile. secus si dꝛ expresse ne ab aliis peteretur. quia tunc obstaret exceptio. arg. d. l. anus. de pactis ꝛ ibi hoc tenet bu. ꝛ sic limitat. d. ꝟ. ꝛ q̄uis. nō ob. l. tale pactū. §. fin. de pactis. vbi exceptio non queritur nominato tantum: qꝛ ibi ideo qꝛ illū solum cui pactus fuit putabat sibi futurum heredē ideo omnibus prodest vt ibi notatur. videꝛ enim tūc mens paciscentiū fuisse qđ pactū nō sit personale secus quādo putabat alios fuisse heredes. d. l. anus. † Et ex predictis cōclude si q̄ritur an vni ex heredibus possit prouideri quo ad exceptionē: qꝛ aut nominatur vnus ex heredibus: qꝛ ille solus putatur futurus heres. ꝛ tunc oībus ꝓdest. d. l. tale pactū. §. fi. aut nominaꝛ vn⁹ eo casu quo putanꝛ plures heredes. ꝛ tūc si est factū ob cām si heres noīatus teneaꝛ in totū qui tñ nō reperiꝛ non teneri nisi pro parte. ꝛ tunc inutile est aliis. exemplū in. d. l. eū qui ita. §. j. si vero est simpliciter factū ꝛ expresse ad exceptionē q̄rendā vni ꝛ tūc illi soli nominato ꝓdest vt. d. l. anus. ¶ In ea. gl. ibi vel meli⁹. imo peius lꝫ gl. etiā in cōtrario teneat istā vt dixi. ¶ In ea. gl. ibi sed tñ ob. exceptio. hoc non est verū: qꝛ imo coheredib⁹ cōpetit ius exigēdi. an aūt exactū teneanꝛ restituere heredi nominato per ac. fa. her. j. patebit. ¶ In ea. gl. ibi inefficaciter hoc nō est verū vt. s. tetigi. quia imo coheredib⁹ ipso iure non queriꝛ exceptio nō tñ credas qđ ab illis possit exigi portio hereditaria contingēs heredē cui paciscēs pactus est de non petēdo lꝫ glo. dicat cōtrarium: ꝛ nō bene in. d. l. anus. s. de pac. ſm Pe. ꝛ Ang. ꝛ ibi etiā hoc notaꝛ per doc. ꝛ maxime per Guil. ꝛ Jac. Bu. nō ob. ll. allegate in gl. qꝛ loquunꝛ in vltima volūtate qñ agi dꝫ ex testamēto cōtra grauatos. sed in casu d. l. anus. solū agi pōt ex actu inter viuos: qꝛ ex promissione facta per auū q̄ ipso iure diuidebaꝛ inter heredes ꝓ hereditariis partibus. l. j. C. si cer. pet. ꝛ. l. pro hereditariis. C. de here. act. ¶ In eadē glo. ibi vel ac. fa. her. adde hoc nō placet nisi appareat quod stipulator illi heredi noīato voluerit prelegare. ꝛ rñde ad. l. fi. C. fa. her. qđ ibi interuenit traditio: sed Ang. tenet gl. etiā alio nō apparente nec ob. rñsio Barto. nec. ll. allegate per eū valēt. l. papi. s. de do. inter vi. ꝛ vro. ꝛ. l. si pactū de proba. qꝛ loquunꝛ eo casu quo acquisitio inter viuos erat ꝓhibita vt qꝛ fienda erat vxori vel filie in potestate. ꝛ ideo cū cōtra legē esset nil operatur perseuerantia volūtatis nisi interuenerit traditio vel quasi vt. d. l. papi. ꝛ. l. donationis. C. de dona. inter vi. ꝛ. l. ii. C. si quis al. vel sibi. ꝛ. l. j. C. de ca. pecul. li. rū. hic autē acquisitio vnius heredū non est per. l. interdicta sed lex ei non assistit. l. stipulatio. §. alteri. s. e. Tu potes etiā plus dicere qđ forte etiā in istis personis prohibitis perseuerantia voluntatis operetur dūmodo sit casus in quo cōpetere possit iudicium fa. her. nam cum in illo iudicio iudex sequi debeat voluntatem defuncti. d. l. fi. ꝛ. e. ti. l. si cogitatione. ꝛ. l. filium quem habentem cū ibi no. sequeꝛ illū etiam si non sit facta traditio. ꝛ sic videꝛ esse casus non diuinando in. d. l. filie. secus vbi nō cōpetit dictū iudicium fa. her. vt qñ venit fienda acquisitio vxori non institute: qꝛ tunc non sortiretur effectum talis voluntas collata in personam prohibitā nisi traditio vel aliquid loco traditionis interuenerit. d. l. papi. ꝛ. d. l. qđ de suo. C. de non nu. pecu. Et ex predictis habes nouum intellec. ad. d. l. filie. qꝛ nō est necesse intelligere qđ ibi traditio fuerit facta prout ibi intellexit Bar. vel quod fuerit presens ꝯtractui prout dixit Pe. ¶ In gl. super verbo vnius. ibi ꝛ est ratio: hec ratio non est vniuersalis prout Bart. tangit hic. vnde que sit vera ratio patebit ex. j. dicendis. ¶ In ea. glos. in fi. vel dic qꝛ. l. nihil faciat ad propositū: quia ibi loquitur an queratur mihi quando filio meo stipulor. hic vero an heredi queraꝛ. hec so. placet hic Bar. et Ja. bu. in. d. l. anus. ¶ Expeditis igitur glo. est sciendum qđ hic duo principaliter tractanꝛ per doc. primū est qualiter per actū inter viuos possit quis vni ex heredibus prouidere vel vnū ex heredibus grauare. Secundum est an ꝛ quando possit quis vni ex heredibus prouidere vel vnum ex heredib⁹ grauare vltimam voluntatem condendo. Primus articulus subdiuiditur in tres. Primo est videndum an possit vni heredum prouidere quo ad exceptionem. Secundo an possit vni heredum prouidere quo ad actionem. Tertio an possit vnum ex heredib⁹ grauare. de primo dic vt dictum fuit. s. in glo. j. † Circa secundum dic qđ litera concludit quod in dandis non potest vni heredum prouidere: secus in faciendis est videndum que possit esse ratio quare in dandis non potest vni tantum prouideri. ꝛ conclude qđ vera ratio est quia heres non representat personam defuncti: nisi ꝓ ea parte pro qua censetur heres pro alia censetur extraneus: vt superius est dictum cum gl. j. ꝛ notatur in. d. l. ii. §. fi. de preto. stipu. ꝛ ideo non queritur nisi pro hereditaria portione ne videatur acquiri extraneo si queratur ei vltra portionem hereditariam. ideo vltra non queritur: et si dicas quare ergo aliis queritur qui non fuerunt nominati quibus noluit prouidere contrahens. dic qꝛ ratio est quia obligatio perpetua est: quia nō potest finiri ex pacto partium per mortem principalis. l. obligationū fere. §. placet. s. ti. j. ꝛ transit in heredes pro hereditariis portionibus per. l. xii. tabu. l. j. C. si cer. peta. ꝛ si vlterius dicas quare saltim non obstan. ipsis nō nominatis exceptio ex quo contrahens noluit ipsis acquiri cum per viam exceptionis possit paciscens obligationem elidere ꝛ tēporaneā facere: ꝛ consequenter personalem. l. obligationū fere. §. placet. s. tit. j. rñde quia contrahens siue ipse stipulator videꝛ ita demū voluisse aliis acquiri si nominato solidum queratur. nā cū solidum ei non queratur videtur etiam voluisse aliis acquirere. l. eum qui ita. §. j. s. eo. Et aduerte quia hoc clarum quando adiicitur persona stipulantis in ipsa stipulatione vltra personam heredis vt quia dicit promittis mihi ꝛ titio heredi meo dare. c. si vero sola persona heredis exprimaꝛ vt qꝛ dꝛ ꝓmittis titio heredi meo dare. c. tunc vꝫ qđ ex quo obligatio hꝫ incipe ab herede: licet sibi nō possit q̄ri nisi ꝓ hereditaria parte. lꝫ Pe. videaꝛ velle qđ totū tunc queratur ꝛ nō bene: tñ vꝫ qđ aliis nō queraꝛ ex quo non sunt nominati cū hoc casu nō possit dici qđ obligatio radicata in persona defuncti descendat in eos cū non videaꝛ fuisse radicata in ei⁹ persona ex quo non fuit noīata ꝛ hoc respectu possit saluari opin. Pe. lꝫ bart. hic simpliciter eū reprobet per. l. hereditatē. s. de bo. au. iudi. pos. vbi vꝫ ꝓbari qđ obligatio dicatur hereditaria etiā si debeat incipere ab herede. ꝛ per consequens diuidi debeat inter heredes per. l. xii. tab. pro hereditariis portionibus per. l. pro hereditariis. C. de here. act. Sed tu potes respondere altero de duobus modis. Primo modo qđ ibi obligatio nō debebat incipere ab herede: imo a defuncto: qꝛ promisit soluere cū moreretur: viuens autem moriꝛ. l. qui duos. §. j. s. de ma. te. et sic saltē in articulo mortis. i. anteq̄ moriaꝛ oriri dꝫ obligatio. ꝛ eodē modo si stipulatus esset aliquid dari cū morieꝛ idem est dicendū. Scđo modo pōt dici quod ibi obligatio dicatur hereditaria ad effectū de quo ibi loquitur. verū ad hoc vt legatarii non possint venire nisi soluto tali ere alieno non aūt diciꝛ qđ quo ad aliū effectum dicatur hereditaria quin ab vno heredū possit incipere pro portione hereditaria ab aliis nullo modo si contrahens hoc voluit. ¶ † Hoc viso est videndū quare in obligationibus faciendi potest quis vni ex heredib⁹ stipulari. dic qđ ratio est: qꝛ facta sunt regulariter indiuidua. l. stipulationes non diui. s. e. iō cuilibet heredū competit actio insolidum. l. in executione. §. j. s. e. ꝛ ꝓ tanto non est mirū si ex stipulatione cōpetit actio heredi noīato: qꝛ etiā si nullus esset nominatus sibi insolidū cōpeteret ex natura ipsius indiuidui quod. l. xii. tab. non potest diuidere. ꝛ si dicas que est ergo ratio qđ aliis non nominatis nō acquiriꝛ actio dic qꝛ eorū non interest vt in exēplis positis hic in glo. pe. alias si eorū interesset oībus cōpeteret quasi eadē esset ratio que in obligatione dandi. ꝛ si poneres factū esse diuiduū idē esset quod in obligatione dandi: qꝛ cessare vꝫ ratio superius dicta. ꝛ idē in facto indiuiduo si ageret ad interesse eadē ratione. ꝛ sic transit hic Bar. in effectu. Ang. vero hic dicit quod in stipulationibus facti indiuidui queritur actio insolidum heredi prouiso ꝛ aliis nil queritur ipso iure etiā si ipsorū intersit quia stipulatio habet effectū insolidum quo ad personam prouisi. sed certe Ang. non videtur perfecte loqui similiter nec Bar. vt patebit ex. j. dicendis. ¶ Unde conclude in facto indiuiduo qđ si aliorum interest: tunc si non potest totum effectualiter queri nominato vt in exemplis in gl. positis tunc quereꝛ aliis: ꝛ sic intelligatur opi. Bar. ꝛ in hoc Ang. male dixit. ratio quia non videtur fuisse mens paciscentis qđ aliis nō queratur nisi in casu in quo effectualiter queri possit nominato: ar. d. l. eū qui ita. §. j. ꝛ ideo lꝫ queraꝛ actio insolidum puta ad solidam seruitutē cōstituendā in fundo cōmuni vel vt fiat domus in fundo communi ipsorum heredum tamē non posset vnus solus acquirere seruitutem fundo communi. vel qđ fiat domus in fundo cōi: ꝛ ideo hoc casu nō obstabit exceptio coheredib⁹. sed insolidū ipsi habent actionē. secus si possit queri nominato effectualiter solidū dato qđ aliorꝫ interesset. exēplum si quis esset stipulat⁹ sibi ꝛ titio heredi suo scribi codicē. qꝛ hoc casu licet tūc interesset aliorū non nominatorū scribi librū tñ quereretur soli nominato actio insolidū cum effectu exactionis. ꝛ iō hoc casu nō videꝛ esse mens disponētis qđ alii nō noīati nō possint agere. vnde hoc casu videreꝛ considerandum an adiecta esset persona

esset persona stipulantis in stipulatione vltra personam heredis ꝛ tūc de mero rigore transiret etiā ad alios. ꝛ obstaret exceptio. si vero nō esset apposita stipulantis sed solius heredis. tunc obligatio deberet incipere ab herede. ideo vr̄ qꝺ ipso iure alijs nihil queraꝛ. ꝛ sic intelligatur opi. Ang. ꝛ hec vera qñ agitur ad ipsum factum si vero agitur ad interesse ꝑpter nō factum. tunc videtur dicendum vt dixi supra in obligatione dandi vt attendenda sit forma stipulationis. an vero nominetur persona stipulātis in stipulatione. an vero non. si nomineꝛ queratur omnibus pro hereditarijs portionibus ex quo omniū interest. si vero nō fuit nominata tunc videretur soli nominato acquiri pro hereditaria portiōe vel forte hoc casu intelligereꝛ sibi stipulari. s. interesse ne alias sua dispositio sibi reddaꝛ inutilis: ar. l. quoties. ṡ. eo. nā alias reus poti⁹ solueret partē interesse ꝙ factū faceret totū. ꝛ ideo omnibus queretur pro hereditaria portione. secus si adiecta fuisset expresse persona stipulantis ꝛ hoc clarū in exemplis gl. in exemplis autem qñ qs stipulat⁹ est librū scribi titio heredi suo vel sibi ꝛ titio hedi suo videreꝛ idē prīa facie dicēdū. vel dic qꝺ lꝫ prima facie videaꝛ interesse aliorū nō noīatorū scribi librū tamen in effectu non interest ex quo nominato scribi dꝫ ad ipsius solius nominati vtilitatē. et iō nō videꝛ qꝺ alij non nominati hoc casu etiā si persona stipulantis fuerit expressa possint agere ad interesse ex quo in effectu eoꝝ oīm non interest per. l. ij. ṡ. itē si in facto. ṡ. eo. ꝛ ar. l. stipulatio ista. ṡ. alteri. ꝛ sic solus nominatus aget ad factū ipsum hoc casu. ꝛ similiter ipse solus agit ad interesse cum ipsius solius intersit per. d. l. ij. ṡ. fi. ꝛ si dicas quomodo pōt queri noīato vltra portionē hereditariā. rn̄deo qꝺ vbi agiꝛ ad interesse toleraꝛ a iure qꝺ quis insolidū agat quatenus sua interest etiā si sit heres ꝑ parte. d. l. ij. ṡ. fin. ꝛ hoc etiā satis fuit iustū. nā cū alij agere non possint. qꝛ eorū non interest ille cuius interest dꝫ posse insolidum petere suū interesse qꝺ non pōt diuidi per. l. xij. tab. inter alios ne alij vetāt qꝺ sua interest. secus qñ certā pecuniā qsesset stipulat⁹. ꝛ sic nō agereꝛ ad illam sub noīe interesse vt ꝓbaꝛ in. d. ṡ. itē si in facto. ꝛ no. hoc quia subtilis est cōsideratio ꝛ per ipsam pꝫ qꝺ nō bene dicit hic Bart. inquantū hic simpliciter dicit qꝺ vbi agiꝛ de obligatiōe ad interesse que surgit ex nō facto. idē erat dicendū qꝺ in obligatione dandi pecuniā imo plus vr̄ qꝺ qñ quis certā pecuniā esset stipulatus lꝫ de mero rigore alijs coheredib⁹ quereꝛ actio pro hereditaria parte tñ ex quo eoꝝ nō interesset videreꝛ repellēdi exceptiōe. d. l. ij. ṡ. fi. ꝛ hoc de facto idiuiduo. in facto aūt diuiduo vt. ṡ. tetigi dixit Bar. ꝛ Ang. idē qꝺ in obligatione dādi. ꝛ sic nō possit vni tñ ex heredib⁹ ꝓuidere sicut nec in obligationibus dandi. sed certe vr̄ male dicere. qꝛ ampli⁹ nō peti est factū diuiduū. l. iiij. ṡ. cato. ṡ. e. ꝛ tñ cū cadat in effectu in pactū liberatoriū ꝛ tēdat ad querēdū exceptionē dꝫ posse vni heredū in tali facto ꝓuideri. arg. d. l. annus de pac. ꝛ si agereꝛ ad interesse si esset cōtrafactū adhuc solus nominatus aget cū ei⁹ solius itersit ex quo ei soli quesita est exceptio et ipsum molestādo solū diciꝛ fieri contra stipulationē p. d. l. ij. ṡ. fi. ṡ. e. ꝛ per id qꝺ. ṡ. ꝑrime est dictū. si vero certa pecunia esset promissa si cōtrafieret. tūc si fieret cōtra ipsum nominatū oēs coheredes agēt hereditaria portione. sed obstaret exceptio nō noīatis p. d. l. ij. ṡ. fi. in facto aūt rem ratā ha. qꝺ similiter vr̄ indiuiduū vt in. ṡ. cato. posset Bar. dicere verū in certo casu. exēplum si mihi ꝛ titio heredi meo ꝑmittis. ex. noīe seij. demū promittis mihi ꝛ titio heredi meo seiū ratā rē habiturū. nā interest omniū heredū seiū ratā habere. vt sic contra ipsum seiū agi possit ad. r. et ideo soli heredi noīato nō quereꝛ actio cum eius non intersit vt de se patet. si vero ꝑmittis noīe seij seruitutē per fundū seij ad fundū titij mihi ꝛ titio heredi meo demum promittis mihi ꝛ titio heredi meo seio rē ratā habiturū. tunc cōsiderandū esset an solius titij nominati interesset vt qꝛ fundus cui seruit⁹ deberet acquiri esset sibi prelegat⁹ an vero oīm interesset vt qꝛ remanet cōis vt. ṡ. in fi. in facto indiuiduo dictū est. ꝛ sic in hac stipulatione rati attēdi debet diligenter id quod principaliter in principali dispositione versatur. facit qꝺ habeꝛ in. l. iiij. ṡ. cato. ṡ. e. Et hec vera qñ in stipulatione versaꝛ id qꝺ sui natura est transitoriū ad heredes si vero nō est trāsitorium vt vsus ꝛ vsusfruct⁹ et stipuleꝛ quis sibi et titio heredi suo vsūfructum vel vsum qd iuris tūc sit dic vt hic ꝑ Bart. qꝛ in effectu queritur noīato insolidū vsus. sic etiā in alijs indiuiduis. nā vsus indiuiduus est. l. vsus pars. ṡ. de vsu ꝛ habita. ꝛ alijs non noīatis nihil queritur ex quo non sunt noīati nec est res transibilis ad heredes vt. ṡ. eo. l. stipulatio ista. ṡ. si quis ita. in vsufructu vero quereꝛ noīato solū pro parte hereditaria. ꝛ nō plus cum sit diuiduus vt plene dictū fuit. ṡ. eo. l. stipulationes nō diui. ar. notatoꝝ in. l. ij. ṡ. fi. de preto. stipu. ꝛ alijs nō noīatis nihil quereꝛ ex quo nō sunt nominati nec est res transibilis ad heredes. Ex ꝑdictis potes cōcludere si queratur an vni heredi possit prouideri quo ad actionē. qꝛ aut queriꝛ in his que non sunt transmissibilia ad heredes. et que cū persona finiuntur ꝛ dic vt. ṡ. proxime dictū est. aut queritur in his que sunt transmissibilia. ꝛ tunc dic aut cōtinet dationē aut factū. si dationē nō queriꝛ noīato tñ. sed oībus pro hereditaria portione vt hic probatur. ꝛ ar. d. l. cū qui ita. ṡ. eo. si factū cōtinet tūc aut est factum diuiduum. ꝛ Bart. ꝛ Ange. dicunt qꝺ idem qꝺ in dando cum sit eadē ratio secundum eos. sed tu dic vt patet ex his que. ṡ. dixi. si vero continet factū indiuiduū: ꝛ tunc aut agitur ad interesse. ꝛ idem ſm Bar. ꝛ Ange. quod in dando cum eadem videatur ratio secundū eos. Sed tu dic vt patet ex his que. ṡ. dixi. qꝛ hoc non est simpliciter verum vt ex predictis patet. aut agiꝛ ad factum: ꝛ tūc si interest omniū heredū equaliter. ꝛ idem qꝺ in datione eadē ratione alias si interest solius nominati illi soli quereꝛ vt hic patet coniuncta glos. de quo etiā. ṡ. dixi. ꝛ hoc quādo persona stipulantis est adiecta in stipulatione vltra personā heredis. si vero sola persona heredis sit nominata dic vt patere potest ex supra dictis. Sed aduerte: qꝛ iuxta predicta posset dubitari de tribus. primo qñ quis stipulatur factū sibi ꝛ titio heredi suo qd si titij nominati nō interest sed alterius ex nō nominatis dic qꝺ illi soli cuius interest queriꝛ actio per ea que supra dicta sunt. ꝛ hoc sequiꝛ hic Bar. qꝺ potest procedere in casu in quo nominata fuit persona stipulātis vltra personā heredis. sed si solius persona heredis fuisset nominata: tūc cum obligatio nō fuisset adiecta in persona defuncti nō posset descendere ex eius persona in heredes. nec possent venire non nominati ex quo noīati nō sunt. ꝛ debebat obligatio incipere ab herede nominato. ꝛ sic videꝛ qꝺ hoc casu non queratur nominato: qꝛ ei⁹ nō interest nec etiā alijs: quia queri eis nō pōt ratione predicta. ꝛ hoc ꝓcedit tenendo opi. Pe. quā tetigi supra: alias ꝓcederet dictū Bart. ¶ Scdo dubitatur qñ quis stipulaꝛ dari sibi ꝛ titio heredi suo cū alij heredes etiā non noīati habeant actionē vt est dictū an exceptione repellentur: glo. sentit hic qꝺ sic quasi cōtra voluntatem stipulātis videantur agere. ꝛ idem videtur sentire in. l. annus de pac. do. sed contrariū tene vt supra dixi qꝛ voluntas defuncti videtur fuisse vt ita demū exceptione repellantur nō nominati si ei cui voluit prouidere totum acquireretur ar. l. nec vtilē. ṡ. ex qui. cau. ma. ꝛ. l. cū qui. ṡ. j. ṡ. eo. ꝛ per hoc patet qꝺ si aliquo casu illi noīato sit quesita actio vtilis etiā pro portionibus nō hereditarijs vt qꝛ fuisset interposita stipulatio sup re ipsius defuncti. l. pe. C. ad exhiben. vel alijs casibus de quibus hic per Bar. tunc posset saluari dicta glo. facit. l. j. C. de excep. ¶ Tertio potest dubitari quid si alij nō fuerunt exceptione repulsi. et sic exegerunt an tenebuntur restituere nominato actione fa. her. glo. pe. hic tenuit qꝺ sic. Cōclude ꝙ aut testator nominauit vnū quē solum putabat futurum heredem ꝛ postea habuit plures. ꝛ tūc alij petent nec postea restituent ar. l. tale pactū. ṡ. fi. ṡ. de pac. Aut sciebat se debere alios habere: ꝛ tunc Bart. tenet contra glo. sed Ange. saluat eam. ideo dic vt dictum fuit cum glo. pe. ꝛ hec sufficiant

30 de secundo articulo primi membri principalis. ¶ † Circa tertium articulum an possit quis vnū ex heredibus contrahendo grauare dicendum videtur qꝺ non per. l. eum qui ita. ṡ. te ꝛ titiū. ṡ. eo. vbi videtur expressuꝫ ꝛ potest esse ratio: qꝛ sicut nō posset obligare extraneū vt in. ṡ. si quis alium. insti. de inuti. stip. ita nec illū heredē pro alijs partibus pro quib⁹ nō est heres: quia quo ad illas est extraneus vt dixi. ṡ. ꝛ ideo transit obligatio in personā aliorū heredum nō nominatoꝝ sicut et cetere obligationes hereditarie. et sic videtur esse intentio promittentis qꝺ alij nō nominati ita demuꝫ nō teneantur si nominatus insolidū teneꝛ. ꝛ ideo cū insolidum teneatur nedū ex vi. l. xij. tab. descendit obligatio ad alios heredes imo etiam ex mente ꝛ virtute promittentis vt voluit litera recte intellecta in. d. ṡ. te ꝛ titium. ꝛ hec vera in obligatione dandi. idēꝫ videꝛ sentire Bar. in obligatiōe faciēdi saluo nisi sit talis obligatio que possit finiri. intelligo ipso iure ex cōuentiōe in persona ꝑmissoris vt ꝑmisso de aliquo nō faciēdo iuxta. l. si sic. cū ibi no. ṡ. eo. nam tunc possum vnum ex heredibus grauare quo ad ipsum factū. sed si agereꝛ ad interesse tūc oēs heredes tenebunꝛ ꝑ hereditaria portione. l. iul. in ꝑn. ṡ. e. intelligi eñ dꝫ. d. l. ꝙ ibi ex solius titij facto cōmittiꝛ stipulatio nō ex facto alteri⁹. nā cōtrahētes noluerūt qꝺ facere potuerūt vt dixi. sed postꝙ est cōmissa oēs teneꝛ postea pro hereditaria portione. ꝛ hec est in effectu cōclusio Bart. ex qua patet qꝺ siue sit obligatio dandi siue faciēdi vnū ex heredibus suis grauare nō pōt saluo casu de quo. ṡ. Sed aduerte primo in obligatione dādi. qꝛ dictū Bar. vr̄ ꝓcedere qñ persona ꝑmittētis fuit adiecta in stipulatione vltra psonā heredis vt est videre in casu. ṡ. te ꝛ titiū. Si autē non fuisset adiecta psona ꝑmitentis sed persona solius heredis nominati: tunc vr̄ sec⁹. ar. d. ṡ. a sensu ꝯ rio. qꝛ ex quo obligatio nō est radicata ī psona defuncti q̄ nō fuit adiecta sed deberet incipere ab ipso herede noīato nō vr̄ ꝙ possit descēdere in alios nō noīatos. ꝛ sic alij nō noīati nō tenebunꝛ ex q̄ non sunt noīati. ꝛ ex quo obligatio nō est radicata in psona defuncti. ꝛ sic solus noīatus tenebiꝛ ꝑ portiōe hereditaria. In obligatione vero faciēdi cōsidera ꝙ aut versaꝛ factū indiuiduū in promissione. aut versaꝛ factū diuiduū. primo casu qñ factū est indiuiduū tūc esset cōsiderandū an possit explicari per nominatū soluꝫ vt qꝛ ꝑmisit qs p se ꝛ titiū heredē suū seruitutē stipulatori fundo ipsius stipulatoris per fundū ipsius ꝑmittentis ꝛ postea fundum in quo debet constitui seruitus prelegauit soli heredi nominato. nam tunc hoc casu videtur quod solus nominatus tenebitur ad

ipsum factum aliĩ non: quia sic etiã videt̃ esse mens promittentis ex quo promissio sortitur effectũ pro solido respectu nominati: ar. eorũ que dicta sunt. s. si vero non posset per nominatũ solũ explicari vt qꝛ talis fundus remãsisset cõis oĩbus tunc oẽs tenerentur ad ipsum factũ insolidũ. si autẽ quereres de obligatione ad interesse in hoc casu dic qꝺ si contrafiat stipulationi cõmittitur stipulatio ad interesse cõtra oẽs pro hereditaria portione etiam in casu quando factum põt per nominatũ tantũ explicari per notata. s. l. ij. §. si. nam lꝫ ex stipulantis parte sit differentia quando contrafit vni suorũ heredũ an stipulatio debeat cõmitti ad interesse an ad penam vt patet in. d. §. si. vt. s. est dictũ tamen secus videt̃ ex parte promissoris qñ vnus ex heredibꝰ promissoris cõtra facit vt patet in. d. §. si. ꝛ ibi etiã ratio assignatur. aliĩ tamen repetent actiõe fa. ber. id qꝺ soluẽt ab eo qui contrauenit. d. l. ij. §. si tibi hõ. Aduerte tamen qꝛ vbi factũ indiuiduũ posset explicari per nominatũ tantum non cõmittetur stipulatio ad interesse ex ꝯtrauentione alioꝝ non nominatoꝝ cũ non teneant̃ vt est dictũ. sed ex illius solius nominati contrauentione bene cõmittetur stipulatio ad interesse. et cõmittetur cõtra omnes pro hereditaria portione per id quod. s. dixi. ꝛ qꝛ sic cõtingit quando in promissiõe versatur obligatio talis facti qꝺ potest ex cõtrauentione finiri in persona promissoris vt. s. dixi ꝛ probatur in. d. l. iul. in prin. s. e. et hec sufficiant quo ad factum indiuiduum. Si autẽ versat̃ factũ diuiduũ in obligatione tunc considera qꝺ aut est factũ amplius non pe. aut rem ra. ha. si est factum amplius non pe. tunc quia in effectu tendit ad effectum pacti de non petendo licet habeat aliquid plus: qꝛ propter stipulationem agetur ad interesse si cõtrafieret qꝺ non esset in nudo pacto de nõ petẽdo. ꝛ sic vꝫ qꝺ quatenus sapit effectũ pacti de non petendo possit obligatio esse personalis cum et ipsum pactũ de non petẽdo etiã ex parte agentis possit esse personale vt probatur in. l. qui in futurũ. §. j. s. de pac. ꝛ qꝛ in effectu non reperitur obligatio nominati vltra portionẽ hereditatis cũ obligetur ad nõ petendũ id quod alias petere poterat. ꝛ sic cũ solum pro parte hereditaria petere possit pro illa parte videt̃ obligari ne petat. et talis videtur esse mens principalis ꝓmittentis. ꝛ iõ videt̃ qꝺ in hoc facto amplius non peti possit quis vnũ ex heredibus tantum grauare. et sic videt̃ qꝺ si quis promittat per se ꝛ titiũ heredem suum amplius nõ peti solus titius prohibetur petere. aliĩ autem non prohibetur ar. d. l. qui in futurũ. §. j. facit etiã quod dixi. s. de obligatione que potest esse personalis ꝛ finiri ex conuẽtione. si tamen ipse titiꝰ nominatus contraueniat tenebũtur oẽs pro hereditaria portiõe ad interesse per id quod habetur in. d. l. iul. in prin. s. eo. ꝛ in. l. ij. §. si. ꝛ per id quod supra dixi. licet aliĩ qui non contrauenerũt possint petere ab ipso nominato actione fa. her. id qꝺ propter ipsius nominati contrauentionẽ soluere debet per notata in. d. l. iul. ꝛ superius est dictum. Si autẽ versetur in promissione factũ rem ra. habe. tunc dic cõsiderandũ id circa qꝺ versari debet ratihabitio per notata in. §. cato. et per ea que dixi. s. in si. in precedẽti articulo. vnde si promitto alicui me titiũ heredẽ meũ ratũ habiturum id quod seius noĩe meo faciet quomodocũqꝫ ꝛ qualitercunqꝫ etiã me obligando. tunc si seius noĩe meo tali stipulatori postea promittit. ꝛ. an in effectu ꝓpter dictã ꝓmissionẽ de rato videar nunc promisisse me ꝛ titiũ heredẽ meũ daturũ. ꝛ. que postea seius promisit idem erit dicendum qꝺ in obligatione dandi. si vero Seius postea nomine meo ꝓmisisset postea non petere videtur in effectu promisisse per me et Titium heredem meum nõ peti quod Seius promisit non petere nomine meo id quod mihi debebatur quo casu qd iuris sit dixi. s. si autẽ Seius postea promisit nomine meo tali stipulatori seruitutem per fundum meum ad fundum ipsius stipulatoris videor in effectu promisisse per me et Titium heredẽ meũ seruitutem fundo ipsius stipulatoris: quo casu quid dicendũ dixi. s. in precedẽti articulo. et sic patet diligenter ponderandum id circa quod versari debet ratihabitio vt sic sciamꝰ an potuerit nominatus tantum grauari per stipulationẽ alias rati dari. ꝛ hec de facto diuiduo sufficiant: vnde ex predictis patet tertiũ articulum membri principalis esse expeditum: ꝛ etiam primũ membrũ principale.[31] † Circa vero secũdũ membrum seu casum: videlicet an et quando possit quis vni ex heredibus prouidere vel vnum ex heredibus grauare vltimam voluntatem cõdẽdo: dic vt tetigit Jabu. Sul. de eu. in. l. anus. s. de pactis. ꝛ Bart. hic qui bene loquitur distinguendo duos casus principales. vnus est quando queritur pro obligatione iam contracta inter viuos ꝛ circa illam vult vnum ex heredibus grauare vel vni ex heredibus prouidere. secũdus casus est quando agitur de obligatione contrahenda ex vltima voluntate. Primo casu ponit duo membra ꝛ vnam fallentiã. Jn secundo ponit tria membra ꝛ vnam fallentiam prosequere vt hic per eum. Et adde circa secundum casum qꝺ licet testator grauare solum pro portione hereditaria. l. si fundum sub conditione. de leg. j. tamen hoc verũ in dubio: secus si cõstaret de mente quod vellet eum grauare insolidum. ꝛ sic in effectu qꝺ redimeret partes aliorum. nam hoc posset per id quod habetur in. d. §. si libertus. ꝛ no. Jac. bu. expresse in. d. l. anus. et per hoc patet qꝺ male dicit hic Ange. dum dixit qꝺ in vltima voluntate nõ potest testator in specie hereditaria grauare vnum heredem nisi pro parte per. d. §. si libertus. et per. l. huiusmodi. §. stichum. de leg. j. nam falsum est qꝺ hoc non possit si hoc vellet. arg. l. cum quasi. §. si plures. de fideicõ. liber. et. l. cum questio ad fi. C. de leg. cum si. et per id quod. s. dixi. licet sit verum qꝺ in dubio non videtur grauare nisi pro parte hereditaria saluo nisi esset onus annexum quod non possit impleri pro parte. exemplum in. d. l. cũ quasi. §. si plures. alia vide hic plene per Barto.

> a ¶ Cum q. Adde ad hãc. l. Ang. i ꝯsil. cxciij.
>
> b ¶ Quoties De dictiõe quoties vide vltra bar. glos. in. c. j. §. taliter in v. quoties. de collatio. in pragma. sanct.

Summarium.

1. ¶ Solutionẽ certo tempore fieri promissam in fine illius temporis fieri sufficiet.
2. Electionem habens a lege potest indistincte variare.
3. Expressum non semper eandem cum tacito habet conditionem.
14 ¶ † Circa secundū qualiter admittat seu admitti debeat ipse tertius cōclude qd aut ipse tertius vult nouā instantiā inchoare ⁊ tunc pōt. probatur in d. l. is a quo cū sequen. qd intellige dūmodo nō sit in casibus in qbus snīa non debet preiudicare tertio de qbus in. l. ii. C. de re iudi. ⁊ l. sepe. ff. de re iudi. ⁊ in. c. pe. extra de re iudi. Nam in dictis casibus sicut preiudicaret snīa ita preiudicarent etiam acta iuxta notata per Inno. in. c. cām que. el pīcolo extra de testi. ⁊ p Bar. in. d. l. sepe. Et sic non potest inchoari noua instantia ad preiudicium iam actitatorū secus vbi essemus extra dictos casus: qꝛ tūc possit inchoari per tertium noua instantia vt predixi: ⁊ hoc casu dari debebit libellus ⁊ lis contestari ⁊ alia fieri que fieri consueuerūt fm naturam cause vt etiā voluit Inno. in. d. c. cum sup. in ver. nūcius circa fi. Et attēde qꝛ si cōparet tertius expedito primo iudicio tūc habet locum qd dixit glo. ii. ad fi. in. d. c. cum super. nam tūc fm illam glo. non habebit locum practica dicte. l. is a quo cum sequen. Secus qn̄ cōpareret eo tpe quo nondū fuisset finitum primū iudicium qꝛ tūc seruari deberet qd habet in. d. l. Et nota diligēter gl. predictā pro limitatione dictarū legum. si aūt nō velit nouam instantiam inchoari sed velit liti inchoate assistere ⁊ illā iuuare vel in se assumere ⁊ tunc cōcludit do. An. in. d. c. cū super qd si tertius venit ante sniam: ⁊ pretendit tale ius cuius primo loco spectat ad ipsum tertium defensio tunc habet triplicem viam comparendi. Nam potest comparere ⁊ assistere ne fieret collusio per. l. si suspecta. ff. de inoffi. testa. ⁊ ff. l. proxi. §. alio. Scdo etiam potest cōparere ⁊ assistere liti iuuando illū. facit quod no. glo. in. d. l. si suspecta. Item tertio potest comparere ⁊ assumere in se litem remouendo eum a prosecutione litis cepte ex quo principaliter ad eū spectat defensio: ⁊ sic transit do. An. in. d. c. cum super. Sꝫ Bar. in. l. si perlusorio. ff. e. dicit hoc vltimū ꝓcedere qn̄ cōparet a principio ante litem conte. Et idem si compareat post lit. conte. si ignorauit litem agi: quia tunc talis contestatio sibi non preiudicat sicut nec preiudicaret sententia ipso ignorante lata dicta. l. sepe de re iudi. ⁊ d. c. pe. extra de re iudi. secus si sciuisset litem contestari ⁊ non cōtradixisset: quia tunc talis contestatio sibi preiudicat sicut preiudicaret sententia eo sciente lata. omnia cui habet preiudicare sentētia in eodem casu etiā preiudicant acta vt est dictum: ⁊ ideo si facta sit contestatio ipo tertio sciente ⁊ nō cōtradicente poterit remouere rem per id quod habetur. l. post litē. ff. de pcur. ⁊ c. j. de procur. in vj. quod videtur intelligendū nisi reus ipse cōsentiet p ea que habentur in. d. l. post litem cū. l. se. vel nisi superueniret iusta cā suspicionis per id qd habetur in iuribus preallegatis. poterit tñ ipse tertius assistere liti ⁊ iuuare cām etiam ipso reo inuito per id qd habetur. l. d. l. si suspecta ⁊ in. §. j. ⁊. ff. e. si plusorio. ⁊ hec ꝓcedūt qn̄ est tale ius cuius primo loco spectat ad ipsum tertiū defensio. Si vero esset tale ius cuius primo loco ad ipsum tertiū nō spectaret defensio. Sed certe eque principaliter ad vtrūqꝫ exēplum quādo ageret de iure subiectionis: qꝛ eque principaliter videt interesse subiecti ne mutet dn̄m. ar. eorū que notā. p doc. l. ancille. C. de fur. ⁊ etiā ipsius prelati ne perdat subiectū. facit qd no. Inno. c. auditis. extra de prescrip. ⁊ qd habet. l. principaliter. el. ii. C. de lib. causa: ⁊ tūc hoc casu pōt tertius cōparere ⁊ assistere liti ne fiat collusio ⁊ etiā causam iuuare iuxta nota. in. d. l. si suspecta. nō aūt pōt reū a prosecutione remouere ex quo eque principaliter spectat ad ipm conuentū nisi forte ipse reus esset suspect⁹. Nā tūc scdm Inno. videtur qd tertius pōt ipsum remouere p. l. precedentē. §. alio. ⁊ hoc etiā voluit Inn. in glo. in ver. rationabiliter. pōt tñ dici qd in. d. §. alio. loquit qn̄ ad tertiū primo loco spectabat defensio cū loquatur de emptore. vt ibi ptꝫ. Itē pōt dici qd ibi nō dr qd possit remouere sꝫ qd pōt ꝓsequi appellationē ac si ipse appellasset ⁊ sic dictū Inno. nō hn̄ videt iure ꝓbari. vbi aūt esset talis tertius ad quem secūdario spectaret defensio tūc poterit assistere liti ⁊ iuuare cām sed nō litē in se assumere saltē remouēdo cōuētū. Saluo scdm Inno. nisi ipse reus esset suspect⁹. qꝛ tūc remoueri pōt. Et hoc sequitur etiā do. An. sed nō credo hoc verū p id qd dixi in precedēti casu. vn̄ satis est qd possit assistere ne fiat collusio ⁊ iuuare cām iuxta nota. in. d. l. si suspecta. vbi autē dixi tertiū posse assistere liti. ⁊ iuuare illā intellige hoc ꝓcedere inuito reo adeo qd etiā si reus vellet desistere a lite ⁊ cōfiteri intētionē agētis pōt nihilominus tertius ꝓsequi per id qd habet. l. principalr. la. ii. C. de lib. causa. ⁊ voluit etiā Inno. in glo. magna in. d. c. Et satis etiā probatur in. §. seq. in ver. idem rescripsit. ⁊ notauit etiā Bar. in. l. si perlusorio. ff. eo. Et predicta ꝓcedunt qn̄ vult venire ante sniam ⁊ sic precedēte lite pn̄cipali idē si velit venire post sniam suspēsam p appellationem a reo iterpositā qꝛ eadē est ratio: posset etiā appellare a snīa si per reū nō fuisset appellatū vt dicet in quarto mēbro ⁊ eo casu quo tertius cōparet pendente causa principali vel appellationis vel etiā appellando poterit docere de iure suo tam respectu proprietatis quā possessionis dūmodo ius tertie persone sit idē cum iure qd deductū est per reū. facit qd habet. l. proxima. §. alio. secus videtur si ius primo deductū in iudicio esset omnino separatum a iure tertii per id qd habet. l. pe. ff. de peti. here. ⁊ l. is a quo cum l. se. de rei vendi. qꝛ tūc stari deberet ei qd dicit in. d. l. Aduerte: qꝛ iuxta predicta pōt dubitari an quādo tertius cōparens prosequitur litem certā per reum sit necesse noua libelli oblatio. ⁊ similiter noua contestatio. Inno. hic dixit qd non quando prosequitur certam litem pro reo siue prosequatur litem principalem siue litē appellationis interposite per ipm reum. Nā sufficit fm Inno. libelli oblatio ⁊ contestatio facta cū ipso reo. assignat causam: quia videtur tunc tertius approbare quicquid factū est cū ipso reo pn̄cipali prosequendo litem per ipsum ceptā. arg. l. iii. §. falsis. ff. rem ra. ha. Secus tamē dicit vbi ipse tertius inchoaret nouā instātiā. Et idē videtur dicere si appellat. Nā tunc etiam est noua instantia. s. appellationis vt probatur in. c. ii. de iura. calū. in. vj. Et tangit etiā qualiter debeat formari libellus in cā appellatiōis emisse per ipsum de quo tetigit. ff. post Bar. Sed vbi prosequitur instantiam ceptam ⁊ sic nō inchoat nouam. Non est necesse fm Inno. vt ff. dixi nouum libellū offerri vel litem de nouo contestari. Hosti. tamen vt refert Jo. an. in. d. c. cum super. videtur tenere cōtrium videlicet qd indistincte sit necessarius libellus nouus ⁊ noua contestatio qn̄ tertius cōparet. mouetur qꝛ nō videtur procedere scdm eū. cum Inno. inquantū dixi qd prosequēdo ceptam per reū videtur approbare quicqd factum est cū ipso reo. Nā fm Hostien. hoc non videtur posse ꝓcedere: qꝛ reus pn̄cipalis nō fuit in causa nomine ipsius tertii si noie suo: ⁊ ideo tertius nō videtur posse ratificare non suo noie gestum. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. sed si ego. et extra de reg. iur. c. ratum. li. vj. ⁊ ideo videtur quod si ipse tertius vult sententiā pro se ferri exigatur alia libelli oblatio et contestatio. sed do. An. in. d. c. cum super. nititur concordare opi. vnde dicit considerandum esse quod aut tertius venit ad finem expediendi executionē sententie tantum ⁊ tunc non exigitur alia contestatio nec oblatio libelli qꝛ tale iudicium est summariū. l. a diuo pio §. si super rebus. cū ibi nota. ff. de re iudi. ⁊ voluit etiam glo. in. d. c. cum super. facit quod habetur in cle. sepe de ver. sig. aut venit tertius ad fi. vt discutiatur secum negotium principale: ⁊ tunc si ius ipsius tertii esset separatum a iure ipsius rei exigetur noua instātia ⁊ consequenter libellus ⁊ contestatio prout etiam hoc casu videtur sensisse Inno. pro quo bene facit preallegata. l. is a quo cum se. ff. de rei vendi. Si autem esset idem cum iure rei vel illi connexū tunc hoc casu est opi. inter Inno. ⁊ Hostien. vt predixi: sed ipe do. Anto. dicit quod opi. Inno. potest procedere quando processus agitatus cum reo principali preiudicaret tertio etiam in proprietate. quod contingit in casibus de quibus. l. sepe. ff. de re iudi. ⁊ in c. pe. extra. e. Et sit ratio fm eū: quia tunc illud quod est agitatū cum reo videtur iuris fictione agitatum cū ipso tertio tam respectu tertii cōmodi ꝙ preiudicii per id qd habet in iuribus preallegatis. Sed opi. hostiē. ꝓcedat qn̄ tertio nō inferebat plenum pre

iudicium respectu ipsius pprietatis: qz tūc nec vere nec ficte poterit dicit agitatū cū tertio id qđ est agitatum cum reo. ideo oportebit vel qđ ius instantie cedat vel qđ nouiter fiat libelli oblatio et contestatio ṡm formā. l. mutari cū ibi nota. ṡ. de procur. Et sic residet do. An. sed aduerte qz etiā hoc casu videt verior opi. Inno. ex eo quo ad suū pіudiciū pōt quis approbare etiā non suo noie gestum vt plene nota. l. pōponius scribit si negotiū. ṡ. de neg. gest. ꝛ l. mater. C. de rei ven. Et qz etiā iste tertius volendo prosequi litē ceptam per eum seu illi assistere ꝛ illū iuuare venit accessorie ad iuuamen litis cepte. ergo sufficere dz libelli oblatio ꝛ cōtestatio preambula cum accessorium sequat naturā sui principalis de re. iur. accessorium li. vj. ꝛ eo. ti. j. l. cum principalis. Et pro hoc etiam qz sniā cōcipietur in personā ipsius rei contra quē lis est cepta. facit qđ habetur. l. j. C. de sen. ꝛ interlo. om. iudi. ꝛ ideo vr̄ qđ alia contestatio vel libelli oblatio non sit necessaria etiā quādo pcessus qui agitabat cum reo nō faciebat plenū preiudiciū. p predicta pōt inferri ꝛ precipue p ea que dixi circa principiū huius membri quod si reus sit conuentus qui rem detineat forte tanq̄ colonus vel cōmodatarius tertio possidente qđ si cōpareat ipse tertius ante lit. conte. cum reo ꝛ velit assumere in se litem ꝛ remouere reū: qz tunc poterit: qz ad ipsum principaliter spectat defensio. Nec ob. qđ habetur. l. officiū. ṡ. de rei ven. vbi rei vendicatio cōpetit etiam contra nō possidentē qui tamen detinet: qz illud procedit qñ nullus possidens offert se defensioni alr̄s secus: vt etiā voluit Inno. ꝛ do. Anto. post eum in. d. c. cum super. quod nota pro limitatione et declaratione dicte. l. officium. Si autem se offerret post lit. contest. tunc poterit litē in se assumere quantū ad finē vt reus qui condēnetur ad rem restituendā lz nō posset remouere reum quando cōdemnetur ad estimationē ex quo lis est conte. cū eo vt etiā voluit Inno. ꝛ do. An. in. d. c. cum super. allegat qđ habet. l. nec illam. ṡ. non solum. ṡ. de peti. here. vbi aūt cōuētus possideret rem que petit. Et sic nō spectaret eā principalr̄ ad tertium lz ptenderet se habere ius in re: tūc nō poterit ipm reū a defensione remouere. facit qđ habet. l. is a quo. cū sequē. ṡ. de rei ven. Si vero reus conuētus sit sup iure qđ ipse non possidet prout cōtingit in liberto qui non possidet in se ius patronatus sed prōnus illud possidet in ipso liberto. Et silr̄ ɔtigit i clericis seu ēt qz nō possidēt ius subiectiōis: lz superior prelatus in illis cū nulla res sibipsi seruitutē debeat. l. in re. ṡ. de serui. ru. predio. ꝛ. l. vti frui in prin. ṡ. de vsufru. si vsusfr. pe. tunc tertius potest assistere liti cepte ꝛ illam iuuare. Sed tunc est dubium an pōt prelatus in se assumere litē remouendo reū cōuentū. hoc casu vr̄ do. An. in. d. c. cū super tāgere. opi. de qbus ēt tangit in. c. auditis. extra de prescrip. vbi Inno. dicit aliquos tenere qđ primo loco spectat defensio ad prelatū demū recitat alios dicere: et forte melius qđ ad vtrūq̄ eque principalr̄ spectat defensio. allegat principaliter. l. ij. C. de libe. cā. ꝛ in hac parte videt residere: ꝛ tangit etiam ibi an sniā lata contra vnum ex predictis preiudicet alteri. de quo etiam tangit in. c. pe. de re iudic. Et aliquid etiā infra tanget: ꝛ hec secunda opi. placet do. Anto. in pallega. c. cū super. ex quo qz nō pōt negari ṡm eum quin etiā intersit subiecti principaliter se defendere: qz interest sua ne dominiū mutet. facit qđ no. in simili per doc. l. ancille. C. de fru. Et sic videt qđ prelatus nō poterit ipsum subiectum inuitum remouere: qz videtur procedere ṡm Inno. nisi forte esset suspectus per. l. precedētem. in ṡ. alio. Sed certe hoc non pbatur ibi hoc casu vt superius tetigit. Et sic videtur quod tunc etiam non potest remouere sed assistere ex quo ipsius plati solūmodo principaliter nō interest cū etiā principaliter intersit ipsius subiecti vt pdixi. faciat quod not. in simili in. c. dilecti. de ma. ꝛ obe. p pdicta etiam pōt decidi qđ si duobus agētibus contra pōrem vnus obtineat contra reum ante aliū qđ tunc poterit in se assumere defensionem: ꝛ videtur quod pferri debeat tunc reo principali conuento quasi ad ipm qui obtinuit pncipaliter spectet negotium vt videt velle Inno. in. d. c. cum super ꝛ sequit do. Anto. Sed certe meo iudicio hoc non videtur pcedere ex quo iam lis erat cōtest. contra reum: ꝛ ideo tunc videtur qđ deueniendū erit ad practicā dicte. l. is a quo. qz nihilominus poterit p alium pcedi contra reū poterit tamen ipe reus rem restitue re primo vincenti recepta cautione ab eo qđ defendet ipsum aduersus aliū. poterit tū assistere reo si volet ille qui primo obtinuit licet forte anq̄ obtinuisset non potuisset assistere p id quod habetur in. d. l. is a quo. cū sequē. Potest iuxta pdicta dubitari an qñ agit cōtra subiectū sup re subiectionis preiudicet prelato Inno. in. d. c. cū super. videt velle qđ si actum fuit ignorante prelato q ptendit illum esse subiectum nō preiudicabit processus vel sentētia ipsi prelato. Si aūt sciuit tunc preiudicabit quo ad possessionem si nō appellet a sniā sed non quo ad proprietatem: ꝛ ita videt velle in glo. magna. ꝛ etiam inver. appositionē: ꝛ sic vr̄ intelligere dictū c. cū sup. ꝛ idem dicit Inno. ṡm do. An. in patrono ꝛ liberto: qz si fertur sniā cōtra libertū nō pіudicabit patrono scienti quo ad pprietatē iuris patronatus saluo nisi interuenerit in iudicio et defenderit causam. ꝛ sic intelligit. l. sepe. ṡ. de re iudi. et dum litera ibi dicit interueniente suppleri dz: ꝛ etiā defendente. vel exponi dz. i. defendēte put voluit ibi roge. lz Joā. ḣ. sed ṡm Inn. vt refert do. An. in. d. cū sup. vr̄ p dictū. c. approbari opi. Roge. Sed do. An. ibi dicit qđ legiste cōiter tenēt opi. Jo. ꝛ maxime illā tenet gl. 15 in. d. l. sepe. ꝛ ēt Bar. ibi. † ꝛ sic vr̄ qđ sniā habeat pіudicare patrono scienti ꝛ taceti etiā in pprietate iuris patronatus qz vr̄ esse contra pdictū. c. cū sup. lz do. An. in libertate a patrono: ꝛ sic vr̄ prōnus cōsensisse disputari de iure libertatis qđ ab eo pcessit: ꝛ ideo scieti ꝛ tacēti vr̄ preiudicari. facit qđ habet in. d. l. sepe. ꝛ in. d. c. pe. extra de re iu. sed secus pōt dici in subiecto ṡm eū qui nō hz cām a prelato cui subest. iō tūc pōt pcedere dictū Inno. ꝛ qđ habetur in d. c. cū super. Et sic residet do. An. Sed attende: qz do. An. in. d. c. cum sup. nō videt bene recitare opi. Roge. nec opi. Jo. ꝛ illā alr̄ etiā recitat Inno. ibi in ver. ꝛ videt per hāc lrām: ꝛ in ver Joan. tamē videt dicere qđ vbi vr̄ reprobari opi. Rog. q ad tex. d. l. sepe dum dicit interueniēte supplebat. idē si sciēter ꝛ tacite. sed Jo. exponebat interueniēte. i. decedēte. Et sic volebat Jo. qđ sentētia lata cōtra libertū nō preiudicaret patrono scieti tm̄ ꝛ tacenti. Sed demū si interuenerat in iudicio defendēdo causam. ꝛ. d. opi. Jo. scđm Inno. videt approbari in. d. c. cū sup. ꝛ reprobari opi. Rog. Et aduerte qz ista opi. Rog. s. ꝛ Jo. nō sic explicite tangunt p glo. in. d. l. sepe. put tāgit Inno. in. d. c. cū sup. Et attēde qz etiā glo. in d. l. sepe. in ver. interueniēte videt in effectu tenere opi. Roge. Et sic qđ sniā lata ɔtra libertū preiudicet patrono qui sciuit iudiciū agitari ꝛ tacuit. ꝛ illā opi. sequit etiā ibi bar. ꝛ Ang. Et facit etiā pro illa. qz ille versiculus. Nā ꝛ si libertꝰ me interueniente etiā intelligeret scđm opi. Jo. de qua dixi nō bn̄ facere pro precedētibus in. d. l. sepe. Sed bn̄ faceret scđm opi. Roge. de qua dixi. Et facit etiā pro hoc qz si debitor patit creditorē disputare de iure dominij super pignore in quo hz causam a debitore fit sibi preiudiciū vt ptz in. d. l. sepe. ergo eadē ratione si patronꝰ patit libertū litigare de libertate quā habuit ab eo dz sibi preiudicare. ꝛ hoc vt dixi tenet glo. ibi cū qua cōiter trāseunt legiste ꝛ exp̄sse Bart. ꝛ Ang. ꝛ istā opi. tenuit Inn. in. c. pe. extra de re iudi. in glo. in ver. actio in ver. hac ratione vbi expresse tenet qđ sniā lata cōtra libertū preiudicat patrono qui sciuit causam agi ꝛ tacuit. ꝛ sic videt Inno. sibi fuisse cōtrarius. Nā in. d. c. pe. tenuit qđ prime dixi. ꝛ sic opi. Bar. in. d. l. sepe. scđm. c. cū sup. tenuit cōtrariū vcz qđ sniā lata cōtra libertū ita demū pіudicat patrono si interfuit in iudicio defendendo ipsum libertū. Secus si solū sciuit causam agi ꝛ tacuit. Sed aduerte qz pro opi. Inno. quā tz in. d. c. cū super. Sed si volumus tenere opi. glo. ꝛ legistarū positā in. d. l. sepe. ꝛ quā tz Inno. in. d. c. pe. pōt respōderi ad. d. c. cū sup. prout voluit ibi do. Anto. vcz. ꝛ tūc si patronus sciuit disputari de tali iure libertatis qđ ab eo processit ꝛ tacuit videt cōsensisse. ꝛ ideo tūc sibi scienti ꝛ taceti fit preiudiciū per id qđ habet in preallegato. c. pen. ꝛ in. d. l. sepe. Et ita pcedat qđ habet in. d. l. sepe. Aliud aūt in subdito vl̄ subiecto qui nō videt habere causam a prelato cui subest ideo tunc habeat locū qđ dicit in. d. c. cū sup. ꝛ scđm hoc sensus illius. c. est qđ si a sniā lata cōtra subditū appellet per tertiū nō fit preiudiciū ipsi tertio in pprietate nec in possessione. Si aūt nō appellet p tertiū tūc si sciuit cām agi fiet sibi pіudiciū in possessione in qua fiet executio snie ꝛ nō in proprietate. Si aūt ignorasset causam agi tūc lz nō appellet poterit cōtradicere executioni snie ne fiat sibi preiudicium in possessione. Et hūc intellectum voluit Inno. in. d. c. cum super. in glos. magna in ver. alij dicūt ꝛ forte melius ꝛ in sequēti. ꝛ etiam in glo. in ver. appellationem. potest etiam dici secūdo qđ non sit differentia an conueniatur libertus. an vero subditꝰ ꝛ qđ vtroq̄ casu sententia lata contra libertum ꝛ contra subditū preiudicet patrono scieti ꝛ tacēti. ꝛ similiter prelato tertio qui sciuit causam agi ꝛ tacuit vr̄ tenere ipse Inn. in. d. c. pe. in. d. glo. in ver. actio in preallegato ver. hac etiā ratione iuncto ver. Item no. ibi sequenti ꝛ ibi argumentū ibi silr̄ sequenti: ꝛ tenendo istā opi. pōt responderi ad. d. c. cum super. prout voluit Inn. ibi in glo. in ver. alioquin. nam pōt dici qđ sensus illius. c. est alius q̄. ṡ. dixerim vcz qđ sensus erit talis qđ si appellatur a sniā lata contra subditum non fit preiudiciū tertio plato in possessione nec in pprietate iuris ipsius subiectionis. Si aūt nō fuerit appellatū ꝛ nesciuit causam suam agi lz postea sciuerit sniam latam contra subditum. tūc si non contradixit executioni fit sibi preiudicium in possessione: lz nō in pprietate ex quo ignorauit causam agi. secus si sciuisset causam agi qz tunc si non appellat preiudicat sibi in proprietate per id qđ habet in. c. pe. de re iudi. Nam cū passus fuerit ipe tertius prelatus disputari cū subdito de iure cuius defensio spectabat ad ipsum tertium platum vr̄ qđ sibi fecerit pіudiciū p id qđ hr̄ in. d. c. ꝛ in. d. l. sepe. tū Jo. an. ꝛ host. in. d. c. cū sup. in ver. aliogn. inquātum Inn. ibi exponit alioquin. i. si nō appellauit nec sciuit causaz agi dicunt qđ debuit dicere qđ sciuit causam agi ꝛ nō dicere qđ nesciuit. Sed certe mēs Inno. vr̄ fuisse qđ habeatur verbum ꝛ nesciuit. pter id qđ ibi subdit. Nā dicit alr̄s fieret sibi preiudiciū per. c. pe. Et ṡm istum intellectū dictū. c. cū super. nō faceret ɔ opi. gl. in d. l. sepe. tū vt pz ex predictis Jo. an. ꝛ Hosti. vident tenere alium intellectū quē tenuit Inno. in glo. magna pallegata vbi alij dicūt in glo.

in glo. in ver. appellationi. Sed de iure forte veriorē quem voluit Inn. in glo. in ver. alioquin. et in d. c. penul. pōt inferri p predicta ad id qd̄ tangit Inno. in d. cum super. videlicet qd iuris si agitur contra colonū sciēte dn̄o et tacente an preiudicabit sn̄ia cōtra colonum lata ipsi domino. Nā tenendo opi. quam tenuit Inno. in d. c. cum super in glo. magna. vr̄ dicendū qd̄ non respectu proprietatis seu respectu possessiōis sit nisi appellet p id qd̄ dicitur in simili in d. c. cum super. ſm predictum intellectum. et hoc sequitur etiā Inno. Ubi autem ignorasset causam agi tūc nō preiudicat etiam in possessione ſm eū: qd̄ videt̄ pcedere qn̄ ipse dominus ante executionē factam cōtra colonū cōpareret. Nā si fuit ignorans causam agi vr̄ quod possit illam impedire do. tn̄ An. in d. c. cum sup finaliter videtur velle quod non impedietur executio quo ad detentionem quā habeat colonus: sed respectu possessionis non preiudicabit̄ domino ignoranti. Inno. tn̄ in d. c. cum super. in ver. per istam decre. et seq. videt̄ velle cōtrariū vcʒ qd̄ non fiet executio etiā respectu detētionis quā habet colonus. Nā vr̄ velle ipse Inno. qd̄ si fiat executio tūc perdet̄ possessio domini colonus cōuentus vr̄ qd̄ perdatur qn̄ detentio ab alio occupatur etiā ipso ignorāte. l. iij. §. quod si seruus. et l. peregre tn̄. §. quibus. ff. de acquirē. pos. Ipse tamen Inno. in c. quoniam frequenter. §. quod si super vt lite non contesta. videt̄ tenere ɔ̄rium eius: qz hic dicit videlicet quod per talē executionē que fiat cōtra colonū nō fiet preiudiciū dn̄o ignorante qz nō videt̄ esse de mēte iudicātis preiudicare nisi ipsi ipse colonus detētor aliū tradit rē vel expellit: qz tunc preiudicatur domino in possessiōe. Et sic loquitur ſm eū dictus. §. qbus. et §. si seru⁹. et lʒ Bar. dubitauerit de hoc et non decidat in dicto. §. quibus tamen ipē idem Bar. tenuit in l. ij. C. vbi in rem actio. vbi opi. Inno. quam posuit in d. c. si super. Non facta mentione de dicto Inn. quod ponit in d. c. cum super. sed solum Inno. quod ponit in d. c. qd̄ si super. Aduerte qz potest dici qd̄ concordan. dictorum Inno. qd̄ vbi dn̄s ignorauit causam agi lʒ sciuit postea sn̄iaʒ latam contra colonum tūc si nō appellat nec cōtradicit ne fiat executio cōtra colonū tunc fiat preiudicium in possessione ex quo patit̄ aliā rem occupare arg. l. quāuis saltus. ff. de acquiren. possessione. Sed nō fiet tunc preiudiciū in proprietate ex quo nesciuit causam agi p id qd̄ habet̄ in d. c. cum super. Et ita procedat et intelligat̄ dictum Inno. c. cū super. Sed si dominus ignorasset cām agi et etiam sn̄iam et executionem tūc possit procedere dictū Inno. in dicto. c. qm̄ frequenter. §. qd̄ si sup. et dictum Bart. in d. l. ij. vt tūc non fiat sibi preiudiciū etiam in possessione ex quo ignorauit oīa predicta. Aduerte etiā qz lʒ Inno. teneat qd̄ si actum sit contra colonū sciēte dn̄o nō preiudicet̄ dn̄o respectu ꝓprietatis. nō videtur illud de iure verū: qz ex quo dominus scit colonū litigare de iure dn̄i cuius defensio ad ipsum ꝑncipal'r spectat videt̄ qd̄ faciat sibi preiudicium per id qd̄ habet̄ in d. l. sepe. et in d. c. pe. de re iudi. Et hoc etiam videt̄ voluisse glo. in l. ij. C. vbi in rem ac. nec obstat qd̄ habet̄ in d. c. cum super. Quia ille tex. habet plures intellectus vt predixi: et etiā alio casu loquitur et tene mēti predicta pro itellectu eoꝝ q̄ tangūtur in d. l. ij. C. vbi rē actio. et d. l. sepe. Ulterius iuxta

16 predicta pōt dubitari † an tertius ɔ̄parēs ꝑ suo interesse publicatis attestationibus eū principali poterit ꝑducere alios testes nō obstante publicatione predicta. Inno. in dicto. c. cum super. in gl. magna videt̄ tenere qd̄ nō sicut nō pōt ipse reus si vult producere testes sup eisdē articulis super quibus ɔ̄dixit reus. faciat quod habet̄ in c. fraternitatis. extra de testi. Et est rō ſm eū: qz si preiudicat tertie persone sn̄ia cōtra reū lata nedū in possessione ſʒ etiā in ꝓprietate eadē rōne dʒ ꝑiudicare ꝓcessus et alia acta. Et facit quod no. Inno. in c. cām que. el pꝛīo. extra de testi. et Bar. in d. l. sepe. Et per rōnem predictam dicit do. Anto. in d. c. cum super. posse colligi dictū Inno. ꝓcedere qn̄ sn̄ia facit preiudiciū in proprietate. secus si preiudicaret solum quo ad qualemqualē presumptionem: qz tunc sicut non noceret sententia quo ad plenū preiudicium ita nec acta. Item dixit hoc verū quod dixit Inno. qn̄ tertius verisimiliter potuit percunctari dicta testium. al's secus ſm eum. Item dicit dictum Inno. verum quando tertius prosequit̄ eandem instantiam incboatā per reum: secus si nouā. allegat no. in c. cām. extra de testi. Sed aduerte qz iste limitationes dn̄i An. non videntur de iure ꝓcedere. Nā ex quo tertiā vult accedere liti incboate videtur qd̄ habeat illam prosequi in eo statu in quo inuenit per id quod habetur in c. ij. vt lit. pen. in vj. et in regula accessoriū. in vj. Et hoc satis videtur procedere quādo ipse tertius sciuisset processum agitari. Nam tūc etiam si nō preiudicaret nisi quo ad qualēqualē presumptionē videtur inculpādum ipsi tertio si non cōparuit ante publicationem attestationum et ideo si comparet postea nō videtur quod possit sup eisdē articulis producere testes. Sed vbi ignorasset ꝓcessum agitari et sic productionem testiū et publicationē quā postea sciuit tūc videt̄ qd̄ possit ꝑducere nō obstante publicatiōe qz sicut sn̄ia nō noceret ignorāti ita ēt acta fctā illo ignorāte nō dn̄t sibi nocere p id qd̄ hr̄ in d. c. cām q̄. per Inno. Et hoc ēt tenuit Bar. in l. si plusorio. ff. e. itē inquantū dixit do. An. qd̄ si potuit verisimil'r percūctari dicta testiū nō poterit producere videt̄ qd̄ satis sit publicationē esse factā partibus cōsentientib⁹ lʒ aliter verisimiliter nō potuerit pcunctari dicta testium ad hoc vt impediat̄ ꝑductio p no. c. cōstitutis. el. iij. extra de testi. itē nō videt̄ differētia inter nouā instantiā vel eādem per ea que habent̄. ff. de testi. saluo nisi tertius inciperet nouā instantiā eo casu quo acta priora sibi nō preiudicarēt: qz tūc nō obstaret publicatio facta in alia instātia cū alia persona. facit qd̄ habet̄ in c. veniēs. el. ij. extra de testi. Et per predicta patere pōt quid iuris si tertius cōpareat post dilationes datas ad ꝓbandū an hoc nō obstāte poterit facere ꝓbationes: qz videt̄ dicendū qd̄ nō si sciuerit processum agi et nō cōparuit infra dilationes secus si ignorauit et hoc etiā Bar. tenuit in d. l. si perlusorio. Et adde etiā qd̄ nedū tertius poterit assistere reo ad adiuuādū eū. ſʒ etiā pōt assistere actori ad ipsum iuuandū per no. in c. cū dilecta. §. qz vero. extra de cōfirmatione vtili vel inutili. et notauit Inno. in d. c. cū sup. et Bar. in d. l. si perlusorio. et hec sufficiant de secundo principali membro

17 et de eius accessorijs. ¶ † Circa tertiū vcʒ an tertius comparens pro suo interesse possit qn̄cunq̄ appellare a sn̄ia lata contra reum principalem. Conclude qd̄ si tertius vult appellare a prima sn̄ia lata cōtra reū vel etiā a sn̄ia lata in causa appellationis q̄ nō trāsiuit in rem iudi. pōt hoc facere. Et sicut ipē reus pōt a tali sn̄ia appellare: ita etiā ipse tertius poterit appellare pro suo interesse per id qd̄ habet̄ in hac. l. et in ꝑallegato. c. cū sup. Sed iuxta hoc surgit dubiū quid si velit tertius appellare cū nō sit licitū tertio appellare in ea. cā. l. j. C. nō li. in ea. ca. tertio prouo. Conclude hoc casu qd̄ si tertius sciuit cām agi in cā principali: et in prima et secūda appellatione et tacuit: tūc nō poterit appellare a tertia sn̄ia sicut nec ipē reus: qz tūc eadem est rō ex quo sciuit ꝑdictos ꝓcessus et tacuit. facit qd̄ habetur. l. sepe. de re iudi. Si aūt ignorauit oēs ꝓcessus predictos et supuenit sciētia post latā sn̄iam tūc videtur qd̄ possit appellare infra decē dies a tpe sciētie si vult appellare per id qd̄ hr̄ l. ab eo. C. quō et quando index. et hoc ideo qꝛ ꝑpter ignorantiā nō preiudicant sibi ꝓcessus preambuli. nec ɔ̄ūr ꝑdicta sn̄ia per id qd̄ habetur in d. l. sepe. et c. pe. extra. e. poterit tn̄ si vult appellare vt predixi vel aliquo modo ne etiā qualequale fiat sibi preiudiciū lʒ plenū tūc nō fiat sibi ꝑiudicium per id qd̄ habetur in hac. l. Si vero ignorasset cause principalis sue ꝓcessum: et prime cause appellationis. tūc si tacuit nō poterit postea appellare ab ipā tertia sn̄ia: qz imputandū est sibi quare nō innuit cām cū potuit per id qd̄ habet̄ in d. l. sepe. Secus si solum sciuisset ante ipsam tertiā: ſʒ post contestationē in causa: qz illam tunc non potuisset bene iuuare ex quo erat cōclusum in causa. ideo tunc nō est quid sibi imputetur. facit qd̄ habetur in simili. l. si rem. §. quolibet tpe. ff. de euic. Et per predicta videtur qd̄ si tertius ignorasset processum prime cause et reus non appellasset a sn̄ia cōtra reum lata: qz nihilominus poterit tertius a tali sn̄ia appellare infra decem dies a tēpore sciētie p id qd̄ dictū est. ff. in simili. quāuis sciētia transiuit in rē iudi. quo ad reū. An aūt tunc victoria ipius tertij habebit ꝑdesse dixi de eo et tangetur in seq. membro. et hec sufficiant de tertio mē

18 bro principali. Circa quartum articulum videlicet † An victoria tertij habeat ꝑdesse ipsi reo victo do. An. in d. c. cum super. satis prolixe sup hoc instat potest conducere prout fuit etiam de mente Bar. hic. et l. si quis separatim. §. fi. ff. e. qd̄ aut vterq̄ appellauit a sententia hoc est ipē reus et etiam tertius. Et tunc qz quilibet ꝓsequitur suam appellationem nō videtur qd̄ victoria tertij habeat prodesse ipsi reo principali per id quod habet̄ in preallega. c. cum super. Et hoc etiā expresse tenuit Bar. in hac. l. et in d. §. fi. quod intellige verum in si. quatenus ꝑiudiciū rei principalis esset inseparabile a preiudicio tertij qz tūc rōne indiuiduitatis sn̄ia proderit ipsi reo p id qd̄ habet̄. l. si cōem. ff. quemadmodum serui. amit. Et per id qd̄ notauit gl. in d. l. si hi qui. §. fi. ff. eo. Et sequitur etiā do. An. in d. c. cum super. interdum aūt solus tertius appellauit et tunc si reus principalis approbauit sn̄iam expresse vel tacite nō habebit etiā tunc prodesse per id quod notauit. l. iij. §. [illegible]e. Et notauit etiam Bar. in d. l. si hi qui. §. fi. ff. eo. Et intellige nisi preiudiciū rei esset inseparabile a ꝑiudicio tertij: vt. ff. proxime dixi. dicetur aūt tacite approbare ipse reus sn̄iam si nō appellet infra decē dies ignorans de appellatione tertij. Nam tūc videtur tacite acquiescere sn̄ie. d. l. ab eo. C. quomodo et quādo index. et c. qd̄ ad consultationē. extra de re iudi. Si autem sciuisset appellatum esse per tertiū tūc non appellando non videtur per hoc tacite approbare sn̄iam qz forte ideo non appellat non qz velit approbare sententiam. Sed quia confidit de appellatione tertij. Et sic de dispositione iuris. vnde hoc casu si tertius obtineat et erit eadē causa defensionis ꝓderit ipsi reo per ea que habētur in dicta. l. si quis separatim. §. fi. et l. j. et ij. C. si vnus ex pluribus appel. quod dicit Bar. in d. §. fina. procedere etiā si tertius solū ꝓsecutus fuit suū interesse ex quo eadē est cā defensionis et sumus in cā appellationis per ea q̄ hn̄r in iuribus preálleg. Nec obstat qd̄ habetur in l. et per iusiurandū. §. qui legatorum. ff. de accep. et l. si cū exceptione. §. labeo. ff. qd̄ metus causa. vbi vr̄ notari qd̄ licet effectus acceptilationis porrigat̄ de reo ad fideiussorē. si tn̄ exigat̄ qd̄ nō porrigatur seu

extendatur ad fideiussorem non extendetur: q2 responderi potest qd illud procedit in contractibus qui regulantur a consensu partium. secus in sententiis que preferuntur in preiudicio qd redditur in inuitum. l. inter stipu. §. primo. ff. de ver. oblig. Et hec procedunt quando tertius appellauit. Si autem compareat pendente causa principali tunc si venit ad assistendum liti vel ad eam iuuandam: q2 tunc sententia fertur in persona rei principalis cum quo principiatum est iudicium. l. j. C. de senten. et interlocu. tunc clarum est quod habet sibi prodesse factum ipsius tertij. Si autem fuisset remotus a prosecutione litis q2 negotium principale spectasset ad ipsum tertium. tunc etiam sententia que ferretur pro tertio habebit prodesse ipsi reo saltem quatenus preiudicium ipsius rei esset inseparabile a preiudicio tertij per id qd habetur in. d. l. si cōem. Aduerte etiam q2 inquantum dixi victoriam tertij in causa ap. prodesse ipsi reo videtur procedere qn negotium principaliter spectat ad ipsum tertium. Si autem solum fiebat sibi qualequale preiudicium vt contingit in casu huius. l. tunc videtur velle Inno. in. d. c. cum sup. qd victoria tertij non prosit reo: sed debeat tantummodo pronunciari in cā ap. ipsius tertij sententiam latam contra ipsum reum nō habere preiudicare ipsi tertio. Nō autem cessabitur per iudicem appellationis sententia lata contra reum. secus in casu precedenti. Et istud vr sequi do. An. in. d. c. cum super. Sed Bar. hic et in. d. l. si qs separatim. §. fi. vr velle qd etiam tunc qn fuit appellatum p tertium ratione qualiscūqs preiudicij cassetur prima sententia p id qd hr in d. l. si quis separatim. §. fi. vbi ptz qd si sententia lata fuit contra plures: et sic quilibet pro parte tm erat condēnatus p id qd hr in. d. l. si quis. §. quoties. et. l. j. C. si plures vna sen. et tm si vnus illorum appellet pro parte sua victoria sua prodest aliis qn est eadē cā defensionis. Et sic eadem rōne a fortiori vr hm eum qd si appellatum sit a tota sententia p tertium qd habeat eius victoria prodesse ipsi reo: q2 est eadē cā defensionis. Et p hoc etiam allegat: q2 si pronunciatur sup ipso tertio ipsum bene appellasse et sententiam nō habere sibi preiudicare. tunc etiam tacite vr pronunciare sententiam latam contra reum fuisse iniquam. et consequenter reum fuisse absoluendum et ideo vr qd talis sententia proderit ipsi reo et precipue: q2 sententia censetur qd indiuiduum. l. in hoc iudicio. cum ibi no. ff. fa. her. Et ideo vr qd intelligatur reuocata etiam respectu ipsius rei. Et ista opi. forte de iure verior p ea q superius sunt dicta lz do. Ant. in. d. c. cum sup. videatur transire cum Inno. potissime vbi tractat de practica libelli et sententie qn tertius comparet p suo interesse. Qualis tm possit vel debeat esse practica libelli et sententie in. d. c. satis potest colligi ex superius dictis ideo nō insisto lz plenius sequatur do. An. in. d. c. cum super Et Inno. ibi in glo. j. et etiam in glo. magna. Aduerte etiam q2 videtur velle do. An. in. d. c. cum sup. qd qn tertius cuius interest rōne qualisqualis preiudicij comparet pendente cā principali et assistit liti vel illam iuuat qd tunc si feratur sententia contra reum nocebit sibi ex quo fuit in iudicio. Nā videtur qd sententia etiam lata cum alio habeat nocere tertio q fuit in iudicio vel fuit vocatus vel citatus vt et vr velle Cy. l. j. C. de aduoca. diuerso. iudi. Sed forte istud dictum non est verum qn ad aliud ageretur: et sic de alio disputaretur contra tertium. exemplum si contra vnum ex heredibus debitoris fuit actum p creditorem p dimidia debiti. et alter coheres qui sententia q ferretur contra coheredem faceret qualequale preiudicium vt hic ptz assisteret liti. Nam si feratur sententia contra coheredem: et postea pro alia dimidia agatur contra illum coheredem qui interfuit in lite coheredis: q2 modo ad aliud agitur q2 ad aliam dimidiam videtur qd non habeat obstare exceptio rei iudi. per not. in. l. cum quritur. et. l. cum de hoc. ff. de excep. rei iudi. et. c. pe. extra de excep. Secus qn ad idē ageretur seu de eodē disputaretur: et sic intelligatur qd notauit Cy. in. d. l. j. C. de aduo. diuer. iudi. Nā vbi in vtroqs iudicio disputatur de preuaricatione sententie: et hec sufficiant de quarto. Et adde qd dicetur. l. si perlusorio. vbi Ang. videtur discrepare ab his que. ff. dixi: sed an bene dicat ibi dicetur.

19 ¶ Circa quintum et vltimum vcz an quando tertius appellat a sententia lata contra reum dicatur appellatio iudicialis: an vero extraiudicialis: et de hoc dubitant Inn. in preallega. c. cum super. Nam videretur extraiudicialis: q2 in primo iudicio fuit tractatum de iure tertij appellantis. Contrarium finaliter tenuit Inno. dicens quod appellatio censetur iudicialis ex eo q2 iudex superior appellatur per appellantē vbi iniuriam sibi illatam p sententiam in iudicio latam. Et ideo debet appellare et prosequi appellationē sicut fieri consueuit in appellatiōe iudiciali. bar. tm hic dicit qd nō vr proprie dici posse iniuriam illatam p iudicem ipsi tertio: q2 forte ignorabat psonam ipsius tertij et ius eius. Et sic nō videtur posse dici qd videatur ei quem ignorauit iniuriam tulisse per eum qui habetur. l. eum qui nocentē. §. j. ff. de iniur. Sed potes soluere rationem Inno. q2 lz ex animo nō videatur iudex intulisse iniuriam tertio p suam sententiam tm re ipsa satis vr intulisse cum per eum sit factum qualequale preiudicium ipsi tertio. facit qd no. l. si quis cum aliter. ff. de ver. obli. Et qd dixi in principio. l. j. super glo. dixit etiam Bart. hic qd certo respectu pōt dici appellatio vt ius tertij extraiudicialis ex eo q2 debet inseri causa in appellatione ipsius tertij qd non est necessarium in appellatione iudiciali que fit a sententia vt probatur in. l. j. §. fi. et. l. iij. §. fi. ff. e. et. j. de appel. in. vj. Et tm hoc casu quādo tertius appellat a sententia lz diffinitiua dz exprimi causa vt hic probatur quod dicit nisi ex iusta cā etc. Aduerte tm q2 nō videtur necesse qd exprimatur causa iniquitatis sententie per id qd not. in. d. c. j. circa fi. et in iuri. prealle. Sed dz exprimi cā quare intersit ipsius tertij appellare p id qd hic dicitur. vnde etiam nō audietur in prosecutione appellationis nisi doceat saltem summarie de suo interesse vt probatur. c. veniens. el. ij. de testi. et extra: et notauit etiā Bald. in aut. hodie. C. de ap. et dixi. ff. e. circa primum mēbrum principale. et hec sufficiant de quinto et vltimo. Et ex predictis satis patere pōt eorum que hic vtilia sunt materia ex illis que tangūtur plene per Inno. et Jo. an. et successiue per do. An. in. d. c. cum super. ideo supradicta sufficiant.

Si heres institutus. Iste. §. est summatus cum §. idemqz. cum prin. eiusdem. l. In tex. ibi idē dicēdum est supple vt possint legatarij prosequi appellationē interpositā p heredē nō obstāte appellatione facta per ipsum. Itē ibi rescriptum est supple vt possint legatarij cām appellationis agere petēdo legata nō obstāte trāsactione facta per heredē in causa principali.

20 ¶ Nota ex tex. primo qd ille cuius interest pōt appellare a sententia contra tertium lata lz ipse tertius nō appellet. ¶ Nota qd vbi reus appellauit poterit tertius cām appellationis predicte prosequi lz ipse reus renūciet appellationi. Et est ratio q2 propter appellationē ipsius rei quesitum fuit ius ipsi tertio ratione sui interesse defendendi ipsam appellationē. facit qd habetur. l. si suspecta. ff. de inoffi. testa. Et ideo non pōt ipse reus in preiudicium ipsius tertij renūciare per not. in. l. fi. ff. de pac. et. l. si post mortē. §. fi. ff. de cōtratab. et. l. petende. C. de tem. resti. in integrum.

21 ¶ Nota qd legatarius nō videtur esse posse testis in causa testamēti mota contra heredē ex quo pro suo interesse pōt appellare a sententia lata contra heredē. Et sic simpliciter trāsiuit Ang. cum. l. proxi. §. alio. ff. e. Sed in contrarium videtur tex. §. pe. insti. de testa. vbi expresse dicitur qd tertius pōt esse testis in causa testamēti. et hoc etiam tenuit Inno. in. c. iij. extra de testi. ex eo: q2 principaliter nō tangitur cōmodum legatarij sed heredis. Et q2 lz nō valeret testamentum tm pōt esse qd valeat legatum vt ptz in aut. ex causa. C. de libe. prete. et similiter econtra pōt contingere qd testamentum valeret. et tamē legatum ex aliqua causa non valeret. Spec. tetigit de materia in ti. de instru. edit. §. postremo. als instrumentum ver. quid de legatario. vbi videtur idē tenere Joā. an. de hoc tetigit in addi. Spe. sine dicto ver. et c. insuper. extra de testi. vbi concludit quod si legatario deberetur legatum in omnē euentum hoc est siue valet testamentum siue non vt quia forte est repetitum ab intestato. et tunc poterit esse testis q2 tunc nulla verisimilis pōt esse suspicio ex quo in omnē euentum habiturus est legatum. Si autem habiturus esset legatum ita demum si testamentum valeat tunc dicit Jo. an. nota. in. d. c. insuper. qd admittetur in testē. Et sic pōt etiam intelligi. d. §. pe. tm scdm sermonē vincentinum nō adhibetur fides tali testi: q2 aliqualiter est suspectus propter cōmodum qd spectat secūdario herede vincēte. Et ista opi. satis videtur rationabilis et pro illa etiam facit qd notauit glo. l. nullus. ff. de testi. facit etiam qd nota. l. omnibus. C. eo. p Cy. tene mēti predicta pro intellectu et declaratione. d. §. pennl. institu. de testa. vbi simplr dicitur legatarium posse esse testē in causa testamēti in glo. acceperunt. in fi. Et sic Spec. Re autem ipsa nō potuissent accipere inuito herede pendente questione de iurib9 testamēti. ff. de peti. here. l. si quis libertatē. Si autē accepissent re ipsa de volūtate heredis tunc adhuc pōt procedere litera q2 interest sua defendere testamentum. als si reperiatur testamentum inualidari pōt ab eis repeti legatum indebitum. ff. de condictio. inde. l. fi. et. iij. Et inualidaretur ex libertate. l. papi. §. fi. ff. de inoffi. testa. Hodie tm lz inualidetur testamentum ex cā preteritionis vel exheredatiōis nō inualidantur legata vt probatur in. d. aut. ex causa. ¶ In glo. in ver. queratur. in fi. Et sic vult glos. qd nō sit necesse docere de collusione sed sufficit et sic suspicio vel dubium ne collidatur. Et pro hoc etiā facit qd etiā si sentētia non sit lata per collusionē: si tm als sit iniqua potest tertius appellare p suo interesse vt. ff. in prin. huius. l. Si autem doceretur de collusiōe tunc clarum qd sententia nō preiudicaret. j. eo. l. si plusorio. ¶ In glo. in ver. idē dicendum ibi petētes legata etc. Ista expositio glosse melius stetisset sup ver. rescriptum est. qd est in sequēti ver. vnde melius dz litera exponi vt dixi sup tex. vcz qd idē est dicēdum vt legatarij possint appellationē interpositā per heredē prosequi non obstāte trāsactione facta per ipsum heredē. et scdm hoc patet quod hic nō dicitur quod a trāsactiōe possit appellari: et licet gloss. simplr velit quod nō possit appellari velut ab actu extraiudiciali tm an hoc indistincte procedat tangitur. l. fi. §. fi. ff. de appel. reci. An de iure ciuili possit aliq casu appellari ab actu extraiudiciali de iure autem canonico est clarum qd etiam ab actu extraiudiciali pōt appellari: vt patet. c. j. et. c. cordi. de appel. in. vj.

Si quis. In tex. ibi dandos supple in scriptis et hoc innuit verbum libellos. facit. l. j. §. fi. ff. eo.

22 ¶ Not. ex tex. primo qd appellari pōt viua voce si appellatur eadē die apud acta. tex. tm. l. litigatorib9. C. e. dicit ilico appellare posse apd acta. Et p illum tex. cōiter tenēt doc. qd in effectu suppleatur iste: et quod debeat appellare anteqz iudex recedat a tribunali. l. diu9. ff. de in integ. resti. gl. tm. l. ij. ff. e. Et et Pafred9 vt ibi dixit tenuerūt qd satis illico dz fieri si fiat eadē die apud acta: et illa opi. vt ibi dixi videtur verior de iure p istum tex. et per illum: tm cōiter saluatur et ptractatur qd ff. dixi.

§.dixi. ¶ No. qd ubi nō appellaꝛ ilico apud acta viua voce appellare dꝫ in scriptis vt hic ꝓbaꝛ. Et. l. j. §. fi. §. e. Et aduerte qꝛ vt dicit hic Ang. non dicaꝛ qs in scriptis appellare si viua voce qs appellet lꝫ faciat totam appellationē per notariū scribi inter acta et cū expressione causarū grauaminis. Et plus etiam dixit qd si qs porrigat libellum in quo scripta sit appellatio nō sufficit nisi in il la scriptura q̄ per appellātē ꝓducit sint adiecta illa vba i his scriptis ꝛ hoc tꝫ spec. vt ipse refert in. iiij. parte. §. j. in ti. de ap. subdit tn̄ ibi spec. qd si notariꝰ diceret ꝛ in his scriptis fuit interposita appellatio ꝑ dictū appellantē qd illud sufficeret lꝫ illa vba nō essent in libello. vn̄ fm eū cautus dꝫ esse appellans apponere dicta vba in scriptis sicut alibi dicit de iudice snīante diffinitiue: qꝛ nō dicet snīare in scriptis lꝫ snīam scriptā legat ꝛ ptibꝰ edat nisi in ipa scriptura cōtineant illa vba in his scriptis: allegant no. ꝑ Ja. de are. §. de re iudi. Sꝫ certa ipsa opi. Ang. nō vr̄ vera ꝛ ꝯtra ipm est gl. ordi. c. fi. de reg. iur. in. vj. Ubi expresse decidit qd lꝫ in snīa nō sint apposita illa vba in his scriptis dūmō lata sit in his valebit. ꝛ ꝑ hoc facit: qꝛ in dubio oia solēniter acta. facit qd no. l. sciendū. §. de ver. ob. marie per Bar. circa fi. ꝑ hoc etiā qꝛ dictū Ang. nō videt bene iure ꝓbari. ergo nō vr̄ tenēdū ar. l. illā. C. de colla. ꝛ ꝑ hoc ēt videt qd nō bene dixerit spec. in. §. j. inquātū voluit appellationē in scriptis factā nō valere: dꝫ nō essent adiecta illa vba in his scriptis in glo. fi. in fi. Aduerte qꝛ olim dabaꝛ biduū ad appellandū qn̄ quis volebat appellare in cā ꝑpria sꝫ vbi volebat appellare in cā aliena habebat triduū. §. qn̄ ap. sit. l. j. §. liberū. Sed hodie vt dicit glo. indistincte dantur decē dies siue qs vult appellare in causa propria vel aliena. Sed dubiū est a quo tēpore currāt isti dies an a tēpore snīe late an a tēpore sentētie vt probaꝛ. l. ab eo. C. quomodo ꝛ quando iudex. Et per hoc infert Ang. ad. q. quā dicit se habuisse de facto videlicet quid iuris si aliquis fuit citatus personaliter ad audiendam sententiam certo die ꝛ demū ipso absente illa die fuit lata cōtra eū. an si aliter nō apparet qd habuerit notitiā ꝛ sciam ipsiꝰ snīe. An poterit appellare ꝛ videt velle qd sic: qꝛ lꝫ fuerit citatꝰ ꝑsonaliter vt est dictū ꝛ fuerit lata snīe nō ꝓpterea sequit qd eius noticiā habuit nisi dicta snīa fuerit ei aliter intimata: qꝛ nō sequit fui citatꝰ ad snīam audiendā ꝓ tali die. ergo scini snīam latā. potuisset enim iudex nō ferre illa die. Et marie terminum prorogare iuxta. c. cōsuluit. de offi. deleg. potuisset etiā ferre snīam in fauorē absentis. l. ꝓperandū. §. snīa. C. de iudi. ꝑ hoc adducit qd notauit glo. l. j. C. de tempo. ap. Et subdit qd cū ista questio sibi de facto occurrisset sic fuit iudicatū. Sꝫ aduerte qꝛ miruꝫ est qd sic fuit iudicatū. Nā videt qd male dicat Ang. qꝛ ex quo cōdēnatus ꝑsonaliter fuit citatus perēptorie censet verꝰ contumax ex quo habuit notitiā perēptorie citatiōis. l. ex cōsensu. §. j. §. e. vbi bonus tex. Et iō non vr̄ posse aliquo modo appellare ꝑ illū tex. in d. §. fi. ꝛ. l. post edictū. §. fi. §. de iudi. ꝑ hoc qꝛ verꝰ cōtumax nō auditur appellans nisi veniat iudice sedente pro tribunali. l. diuus §. de in integ. re. Aduerte tn̄ qꝛ lꝫ fuisset ꝑsonaliter citatꝰ. si tamen fuisset iusto impedimento impeditus licet esset verꝰ cōtumax apparenter. non tamen dicit verus cōtumax existēter ideo ei succurret iuxta ea que notauit Bar. l. fi. de in integ. resti. §. ꝛ glo. in cle. si ante. de do. ꝛ contuma. ¶ Ultimo tangit Ange. si viua voce fuit appellatū apud acta poterit postea appellare in scriptis. Et si appellaꝛ ex quo tēpore incipiāt currere tēpora fatalia appellatiōis que dant ad ꝓsequēdā appellationē de quo remittit ad notata ꝑ Bar. in. l. cū ꝓcuratoꝛ. §. de ope. noui nūci. ꝛ ibi etiā dixi. ꝛ in. l. j. §. fi. §. e. Ubi etiā dixi. ꝛ adde etiā qd habet in cle. sicut appellationem. de ap. vbi pꝫ qd tēpus ap. ꝓsequēde nō incipit a tempore sententie sed a tēpore interposite appellationis qn̄ appellaꝛ a ꝓsenti grauamie sed vbi a futuro eo casu quo appellari pōt tūc currit a die illati grauaminis vt ibi probatur. facit qd habet in. c. bone. extra de ap. non habetis hic alia.

Summarium.

NOn tantum. Cuilibet licitum est appellare pro eo qui ducit ad supplicū etiā inuito. h. d. ¶ † No. quod in causa criminali in qua imposita est pena personalis potest quis pro alio appellare etiam si nō habeat mandatū ꝛ etiam si nō sit illi cōiunctus. ꝛ etiam dato qd ipse dānatus nō appellet quinimo etiā eo inuito potest appellare. Ex predictis no. fm ang. casus in quo appellat ille cuius non interest. ꝛ hoc operaꝛ humanitas que inter homines est ꝛ esse debet fm eum. Sed tu potes dicere vt sentit glo. qd regulariter nō appellat ille cuius nō interest pecuniariter nec rōne cōiunctionis vel sanguinis. Fallit in casu isto in quo sufficit interesse rōne officij humanitatis qd est ꝛ esse dꝫ inter homines. l. vt vim. §. de insti. ꝛ iure. interesse autem rōne affectionis ꝛ sanguinis cōsideratur in causa liberali in. l. j. ꝛ. ij. cum seq. §. de libe. causa. ꝛ etiā in iudicijs bone fidei. l. cū seruꝰ. vt ibi no. §. mā.

Et facit etiam qd habetur in. l. seruus ea. l. §. de seruis expoꝛ. Itē nota qd hic videt casus qd in causa criminali possit credi ad executionem etiam infra tempora data ad appellandū. Ad idem facit qd habetur in. l. additos. C. de epi. aud. Sꝫ certe vt dicit ange. ꝛ idem etiam voluit Bar. hoc est valde iniquū qd possit fieri executio tanti preiudicij infra dictū tempus. Nam vbi maius est periculū ibi cautius est agendū in. c. vbi periculum. de elect. in. vj. et in. l. iij. §. lꝫ ꝛ si qs. §. de carbo. ideo si nō pōt fieri de iure executio in causa ciuili infra dictū tēpus prout fieri nō pōt per id qd legit ꝛ notaꝛ in. l. j. §. nil noua. appella. pendē. Et ꝑ glo. in. l. ex iudicioꝝ. §. de accu. videt qd multominꝰ possit de iure fieri in cā criminali. Nec obst. iste text. cū simi. §. allegatis. qꝛ intelligi debet qd hic ꝛ in ꝓdictis fiebat executio de facto ꝛ de iure. Et per hāc. l. dicit Bar.
scd̄a appellatione ageꝛ ad id qd̄ deuenit in sñia lata in prima cā ap. Non autē quo ad hoc vt ex ipsa sententia lata in prima causa app. possit agi: qꝛ ex sñia confirmante agitur ⁊ non ex ipsa confirmata: vt pbaꝛ in. l. furti. §. de his qui no. infa. Et per predicta videtur qd̄ si pma sentētia erat nulla ex quo: qꝛ lata die feriata vel qꝛ lata parte nō citata qd̄ postea in causa ap. si feraꝛ sententia die juridica ⁊ parte citata poterit iudex ap. primā sentētiā ꝯfirmare qd̄ tunc cessat cā nullitatis pme sentētie. ideo illa nō obstāte poterit iudex ipsam sñiam confirmare ⁊ valebit cōfirmatio. qd̄ intelligitur respectu effectus nō ex illa prima agi possit ex ipsa secunda ad id qd̄ deuenit in prima. ⁊ hec sufficiāt de tertio que satis videꝛ fuisse de mente Saly. in. d. l. j. ⁊ etiam de mente Bal. in. d. l. j. in §. quero quarto. ⁊ etiam de mente Inno. ⁊ Jo. an. in. c. j. de confir. vti. vel inuti. vbi expressatam sententiā nullam posse confirmari si prima nō haberet expressum errorē nec secūda ⁊ in ea cesset causa nullitatis que cōcernat primā. adeo qd̄ si nō appellatur ab ipsa tali sñia. ⁊ sic transeat in rem iudi. nō poterit amplius de nullitate dici ex quo talis sñia trāsiuit in rem iudi. Et sic illi est parendū l. j. C. de re iudic. Et per predicta videꝛ qd̄ qñ iudex ap. confirmat primā eo casu quo potest. qd̄ quādo fit superius dixi qd̄ si transeat in rē iudi. qd̄ si talis sñia nō poterit vlterius de nullitate dici siue in appellatione appellans dixerit sñiam nullam. Et si qua est ap pello siue simpliciter appellauerit. sed postea in pcessu prosecutus fuerit nullitatem siue etiam non fuerit psecutus aliquid de nullitate. Nam ex quo sñia lata per iudicē app. est valida ⁊ in ea cessat cā nullitatis que erat in prima standū est ipsi sñie ex quo trāsiuit in rem iudi. vt est dictum ⁊ sic nō videꝛ pcedere qd̄ dicūt doc. vꝫ qd̄ vbi in appellatione non fuit dictū de nullitate nec de processu facta plenaria psecutio qd̄ tunc in alio iudicio poterit dici de nullitate quasi solum incidenter videatur super illa pronunciatum. Nam certe hoc non videꝛ verū per predicta: qꝛ ex quo sñia lata in causa ap. est aliqua ⁊ in ea cessat cā nullitatis que respiciebat primam nō videꝛ esse ratio quare illi stari nō debeat cum trāsiuit in rem iudi. posse retractari quo ad illud super quo est lata qd̄ non est dicendū per. l. j. §. de re iudi. ⁊. d. l. j. C. de re iudi. Nec ob. quod habeꝛ in. l. pe. §. de his qui sunt sui iuris. qꝛ ibi pnūciatū erat sup alimētis lꝫ videaꝛ tacite pnūciatū sup filiatiōe tñ ex quo sup illa nō est pnūciatū expsse in alio iudicio poterit de ipsa filiatiōe q̄ri cū summarie solum fuit questitū ad effectum prestādi alimenta. et si in alio iudicio disputabitur de filiatiōe potest in iudicio queri. sed in casu de quo supra si admitteꝛ questio nullitatis cōcernēs primā sñiam istud tēderet ad retractādū sentētiā scd̄am que trāsiuisset in reꝫ iudi. Jdeo illud nō videꝛ posse fieri. ⁊ etiā expsse tenuit Inno. ⁊ Jo. an. in. d. c. j. de cōfir. vti. vel inuti. preterea pōt dici qd̄ in. d. pe. cā pncipalis vꝫ alimētoꝝ erat summaria vt ptꝫ in l. si quis a liberis. §. si vel parēs. §. de lib. agno. Et sic. q. filiationis que veniebat incidēter tractanda similiter summarie erat cognoscēda. ideo nimirū si ibi sñia que tacite intelligiꝛ lata sup incidēti nō facit preiudiciū in. q. filiatiōis q̄ veniebat incidēter tractāda similiter summarie erat cognoscēda. ideo nimirū si ibi sñia q̄ tacite intelligiꝛ lata sup incidēti nō facit pīudiciū in. q. filiatiōis post ea pncipaliter intētata ⁊ i qua plenarie fieri dꝫ examinatio iuxta not. in. l. iudices. C. de iudi. Sed cā app. sui natura est plenaria si est cā pncipalis. ⁊ ideo cū in illa veniat tractādū pendēte an sñia sit iusta vel iniusta. l. eos ad finē pn. C. de ap. Et cōsequēter an sit cōfirmāda vel nō nullitas que incidēter venit quatenꝰ tendit ad impugnādū sñiam videꝛ qd̄ sui natura plenarie veniat examināda sicut veniat examinādū plenarie an sñia sit cōfirmāda vel infirmanda. ideo nimirū si cōfirmeꝛ sñia. talis sñia habeat facere pīudiciū sup nullitate. ideo nō poterit ampliꝰ dici de nullitate vt voluit Inno. ⁊ Jo. an. in. d. c. j. Et Bal. in. d. l. ⁊ Bar. etiā in. d. l. j. circa fi. Nec ob. pdictis qd̄ habeꝛ in cle. j. de re iudi. qꝛ videꝛ necessario intelligēda qñ vltima sñia erat nulla vel ppter defectū qui cōcernebat ipsam sñiam vt qꝛ data erat die feriata vel parte nō citata. vt qꝛ in ea non cessabat causa nullitatis q̄ aderat in aliis alias videꝛ qd̄ nullo modo posset dici de nullitate per id qd̄ no. Inno. in palleg. c. j. de cōfir. vti. vel inutil. Teneatis mēti pro declaratione illiꝰ cle. Et per hec sit tertiū expeditū. ¶ Circa quartū an dato qd̄ iudex expresse nō cōfirmet sententiā videaꝛ tacite cōfirmare sup hoc fuerūt opi. vt predixi. Nam si pnunciauit iudex male appellatum ⁊ bene iudicatū clarū est scd̄m oēs qd̄ videtur sentētiā factam cōfirmare licet expresse nō vtaꝛ verbo confirmo. Si autē non adiiciatur illud verbum bene iudicatum. sed solū pronūcieꝛ vel iniuste appellatum vel appellationē nō tenere tunc sunt opi. qꝛ bm Bar. hic videꝛ tacite cōfirmare vt supra dixi. ⁊ videꝛ etiam hoc tenuisse Bal. in. d. l. j. Et silr Ang. hic si tenemꝰ qd̄ vbi in ere. cu. fit expssa mētio de nullitate illa pncipaliter nō tenuit cōtrariū tenuit ipse Bar. in. d. l. j. Et silr Ange. ibi ⁊ etiā Bu. ⁊ Saly. Tu potes dicere p declaratione huiꝰ articuli qd̄ aut iudex pfert verba respicientia appellationē. pmo clarū est vt pdixi. puta qñ dixit pnuncio male appellatū ⁊ bū iudicatū. Nā tūc vt dixi clarū videꝛ sñiam cōfirmare. Scd̄o loco cōsidera qd̄ aut pfert vba respiciētia appellationē solū inserta cā. aut pfert dicta verba respiciētia appellationē nulla cā inserta. Si exprimit cām dic cōsiderandā esse qualitatē cause. Nā scd̄m illam debent intelligi dicta verba. ⁊ sic sententia ipsius iudicis p id qd̄ legiꝛ ⁊ notaꝛ in. l. pe. §. de suspec. tu. Aut ergo dixit appellationē nō tenere vel male appellatū vel iniuste: qꝛ sñia est nulla: ⁊ tūc clarū est qd̄ nō videꝛ ꝯfirmare ipsaꝫ sñiam. Et istā etiā voluit gl. in. d. l. j. aut dixit ap. nō tenere vel male appellatū aut iniuste qñ sñia lata est iusta: ⁊ tunc videbiꝛ ipsam sententiā cōfirmare cū verba sñie intelligi debēt scd̄m cām in qua plata est vt est dictū. aut pnunciaꝛ ap. nō tenere vel male appellatum: qꝛ appellatio est iniusta. ⁊ hoc casu videꝛ qd̄ par sit ac si esset pnūciatū iniuste appellatū: ⁊ sic etiā voluit Ja. bu. in. d. l. j. vñ hoc casu idē erit dicēdū qd̄ diceꝛ qñ pnūciaꝛ ap. iniustā vel iniuste appellatū. Et p hoc habes qd dicendū qñ pferunꝛ verba respicientia ap. inserta cā. Si aūt dicta verba pferunꝛ nulla cā inserta: tūc cōclude qd̄ aut pnunciaꝛ ap. nullā vel ap. frustratoriā vel supuacuā vel supstitiosam: ⁊ tūc nō vꝛ cōfirmari sñia: qꝛ pdicta fortiꝰ videnꝛ adaptari ad nullitatē ap. vel ad nullitatē sñie vt ptꝫ ex his q̄ habenꝛ in. l. si ꝯstat. §. e. ⁊. l. ex cōsensu. §. j. §. e. ⁊ in. l. cū nō eo. ti. qñ peri. nō est ne. Et hoc etiā tenet Ang. i. d. l. j. aut pnunciaꝛ ap. iniustā vel iniuste appellatū: ⁊ tūc bm Ang. vꝛ iudex tacite cōfirmare primā sñiam p id qd̄ habeꝛ in. l. eos ad fi. pn. C. de ap. Nā vt ibi ptꝫ. ⁊ dixit hic Ang. eoipso qd̄ pnūciaꝛ iniuste appellatū vel app. iniustā eoipso tacite per cōtrariū vꝛ pnūciatū sñiam esse iniustā. vt ibi legiꝛ ⁊ no. ⁊ p cōsequēs vꝛ etiā tacite sñiam cōfirmare. Et p cōsequēs si dixisset iuste iudicatū: vt supra dixi. ⁊ istud etiā voluit Ja. bu. in. d. l. j. Sed Saly. ibi tenuit ꝯtrariū dicēs qd̄ illa verba iniuste appellatū pñt intelligi dupliciter vno mō vt dicaꝛ iniuste appellatū scꝫ qꝛ sñia sit nulla. faciat qd̄ no. gl. i. d. l. j. Alio mō pñt intelligi vt intelligaꝛ iniuste appellatū: qꝛ sñia est aliqua ⁊ iusta. ⁊ iō cū dicta vba vtroqꝫ mō pñt intelligi accipiēdus est intellectꝰ q̄ sit benignior scd̄m eū. ar. l. benigniꝰ. §. de legi. Et p ꝯns ille q minus ledit partes. talis autē est primus vt intelligaꝛ scꝫ qꝛ sñia nulla: nā p hec q̄libet partiū remanet in iuribꝰ suis. ideo talis intellectꝰ vꝛ sumēdus. ⁊ pro ipso etiā facit qd̄ no. i. l. iul. verū debitorē. de cōdi. inde. vbi in dubio sumi dꝫ intellectꝰ q̄ est minꝰ pīudicialis. hic est qd̄ si iudex tulit sñiaꝫ absolutoriā intelligaꝛ sñiam tulisse ex eo: qꝛ nō fuit pbatū per agentē ⁊ nō ex eo: qꝛ nō fuerit debitū qd̄ petitur. Sꝫ certe lꝫ Saly. sic teneat magis placet opi. Bu. ⁊ Ange. p ea que habenꝛ in. d. l. eos. ad fin. prin. C. de app. Nā vt patet ex ibi no. eo ipso qd̄ pnūciaꝛ ap. iniustā vel iniuste appellatū videꝛ tacite per cōtrariū pnunciatū sñiam esse iniustā. Et ideo ex quo habemꝰ interpretationē illiꝰ. l. circa dicta verba ⁊ similiter cōeꝫ opi. doc. illa interptatio dꝫ sumi. ⁊ p hoc nō ob. rōnes allegate Saly. qꝛ pñt pcedere qñ non reperieꝛ certa interptatio facta sup verbis sñie. Secus vbi reperieꝛ certa interptatio a iure facta: qꝛ tunc illi est standū. ⁊ per hoc etiā ptꝫ qd iuris si pnunciauit ap. nō tenere vel male appellatū: qꝛ appellatio est iniusta de quo. §. tetigi post Ja. bu. Nā idē dicendū qd̄ dictū est qñ pnunciaꝛ app. iniustā cuꝫ sñia intelligēda sit scd̄m suā cām vt supra est dictū. iterdū vero pnunciaꝛ ap. nō tenere nulla cā inserta. ⁊ iste casus dubiꝰ in q̄ sunt opi. de quibꝰ superiꝰ dixi ⁊ Bart. hic aliter dixit. ⁊ aliter in. d. l. j. Ang. tenuit opi. Bar. in. d. l. j. vꝫ qd̄ tūc nō intelligaꝛ tacite pma sñia cōfirmata. Mouet qd̄ illa verba hoc nō importāt. nā pōt intelligi qd̄ appellatio nō tenet: qꝛ est nulla vt voluit gl. in. d. l. j. Et ideo cū sñia sit nulla in dubio vꝛ bm eū pnūciasse appellationem nō tenere: qꝛ sñia erat nulla. Nō aūt ex eo: qꝛ voluerit sñiam cōfirmare: qꝛ bm eū psumeremꝰ iudicē fecisse iniustitiā qd̄ psumere nō debemꝰ ar. l. j. C. de offi. iudi. Et p ista opi. Ange. etiā facit qd̄ hꝛ in. d. l. iul. verū debitorē. Nā videꝛ accipiēda interpretatio que minus ledit p ibi no. ex quo alia interptatio nō reperiꝛ a iure facta et istā partē vt supra dixi tenuit etiā Ja. bu. ⁊ Saly. Sed aduerte qꝛ videꝛ opi. gl. posite in. d. l. j. q̄ voluit qd̄ hoc casu intelligatur tacite cōfirmata prima sñia ⁊ posse sustineri quā sequiꝛ ibi ⁊ i addi. Spec. in loco superius allegato. ⁊ etiam Bar. hic. Nam aduertēdum qd̄ non dicitur proprie appellationem non tenere qñ sñia est nulla cum a sñia nulla possit appellari ⁊ talis ap. psecutio fieri vt hic probaꝛ et superius dixi: vt voluit Inno. in prealle. c. dilecto. Nā saltē tenet quo ad effectum deuolutiuum vt dixit Inno. in. d. c. lꝫ nō videatur tenere quo ad effectum rescissoriū cuꝫ id quod sit nullū rescindi nō possit vt superius fuit dictū quāuis etiā possit dici qd̄ etiam teneat quo ad effectum rescissiuū vt vꝫ rescindaꝛ sñia de facto. ⁊ sic quatenus de facto pcessit videꝛ probare textus expresse in. l. certa ratione. C. quando provo. nō est ne. Ubi expsse probaꝛ rescindi posse quod nullū est ipo iure qd̄ est intelligenduꝫ de facto rescindaꝛ quatenus de facto processit. facit qd̄ legitur ⁊ no. in. l. j. §. j. §. de feriis. ⁊ ideo cū dicta verba appellationem tenere nō videatur pprie posse adaptari ad casuꝫ qñ sñia est nulla qꝛ in dicto casu appellatio tenet vt est dictū lꝫ nō fuisset necessaria vt hic patet. pro tanto videtur qd̄ ad illum sensum nō debent verba iudicis trahi. sed potius ad sensum ad quem magis adaptanꝛ vꝫ vt intelligaꝛ pronunciasse ap. nō tenere. sed quantum ad effectum: qꝛ

etiam: quia snia est iusta. et sic intelligẽdo videbit tacite cõfirmasse. et hoc modo videtur posse sustineri opi. gl. pdicte. et opi. Bar. hic posita et Bal. in locis preallег. Et pro pdictis etiam faciat: qꝛ qñ snia est nulla lz gl. in. d. l. j. videatur velle quod possit pronunciari male appellatum: qꝛ snia est nulla. et sic dicit ibi etiam But. de facto quãqꝫ seruari. tamen non videtur de iure ꝙ illa sit congrua forma pronũciandi prout vr ibi sentire But. qꝛ lz snia sit nulla et ab ea appellatũ. et qd tenuit appellatio vt superi⁹ dixi. Et sic vr ꝙ bene fuerit appellatũ. et hoc etiã voluit Inn. in. d. c. dilecto. vbi etiã vr velle qd tunc possit pronũciari bene vel iuste appellatũ. qꝛ ipse appellãs fuit de facto grauat⁹ ex quo pnunciatũ fuit cõtra eum lz snia esset nulla. et sic pprie non vident cõgruere illa verba male appellatum quãdo sententia est nulla. sed potius illa superuacuo vel frustratorie appellatũ. Et sic videt qd qñ pnunciat male appellatũ videat tacite p ꝯtrariũ pnũciatũ bene iudicatũ. et qñ pronunciat iniuste appellatũ intelligit tacite per cõtrariũ esse pnunciatũ iuste iudicatũ. d. l. eos. Et sic eadẽ ratione videt qd qñ pnũciatur appellationẽ nõ tenere videat tacite p cõtrariũ pronũciatum sniam tenere. et sic aliquã esse. et hoc satis vr pcedere qñ nullitas nõ apparet ex actis: sz vbi appareret ex actis lz esset nullitas que cessaret in snia cause appellatiõis esset tũc magis dubium an videat tacite snia cõfirmari. Nã videret ꝙ nõ cũ snia videat referenda ad acta per id qd habet in. l. si quis ad exhiben. ff. de excep. rei iudi. et in. l. pe. ff. de suspec. tut. et in. c. si cõfirmationẽ. de elect. in vj. Et istud tenuit Saly. in. d. l. j. Et sic videtur qd predicta procedant qñ nullitas nõ apparet ex actis al's secus. et potest esse qd nõ apparet. vt qꝛ forte fuit lata contra illum qui erat minor et fuerat indefensus. facit. l. cũ et nos. C. si aduer. rem iudi. Et. l. si preses. C. quomodo et quãdo iudex. vt si fuit lata contra illũ q erat mortu⁹ cũ putaret viu⁹. facit. l. pe. et ff. j. que snie sine ap. rescin. et. l. de qua re. ff. de iudi. Potes dicere ꝙ si pronunciatũ fuit ap. nõ tenere eo casu quo nullitas pꝫ ex actis. Nam videt qd tũc debeat intelligi tacite pronũciatũ sniam tenere: qꝛ id non videt verisimile ex quo nullitas eius pꝫ ex actis. sed potius vr qd intelligat pronunciasse appellationem nõ tenere: qꝛ sententia sit nulla. Et hoc casu posset saluari opi. quã tenuit Bart. in. d. l. j. et alij de quibus supra dixi. Secus vr si fuisset pronunciatũ male appellatũ: qꝛ tunc tacite per cõtrarium vr pnunciatũ bñ iudicatũ et videbit habuisse respectũ ꝙ quãuis snia sit nulla ex quo cessat defectus nullitatis in sententia cause a p. censeat habuisse respectũ ad iustitiã snie sicut et si pnũciasset iniuste appellatũ. ideo vr qd tũc intelligat tacite snia cõfirmata. et sic si nõ appellet videtur quod nõ poterit amplius dici de nullitate prima snie ex quo causa nullitatis eius cessat in snia cãe ap. Ex predictis pꝫ qualiter sit intelligenda gl. d. l. j. et gl. ij. in quantum dicit sniam tacite confirmari. et similiter pꝫ ex supradictis qualiter gl. huius. l. que dixit sniam nullã non posse cõfirmari per iudicem ap. de quo etiam in spec. de sen. §. iuxta. in pe. col. i ver. item est nulla ratione manifeste iniquitatis. et ver. se. Et attẽde inquãtum dixi supra qd qñ pronunciat ap. fore nullam non videt tacite sniam confirmari sicut etiam qñ pronũciat ap. frustratoriam vel superuacuã illud pcedit sm opi. Ang. qui tenuit etiã qd qñ pronũciat ap. nõ tenere videt qd in eodẽ casu si pronunciet ap. nullã eẽ tacite cõfirmet snia: qꝛ ista vident idẽ importare dico ap. nullã esse et ap. nõ tenere. Et sic eadẽ rõ vr esse vtrobiqꝫ. et per cõsequẽs idẽ ius esse dꝫ ar. l. illud. ad. l. aql. Et aduerte qꝛ hec glo. cõiter allegat p doc. p ꝯrio dicte glo. j. Aliq tñ dicere voluerũt qd re vera hec gl. nõ est illa ꝯria. qꝛ hic dicit an iudex app. possit sentẽtiã cõfirmare. ibi aũt dicit an qñ pnunciat ap. nõ tenere videatur velle sniam confirmare. Et sic vr dicere qd videat velle iudex. sed nõ dicit an possit illud qd videat velle. vñ vr ꝙ in hoc tunc recurrendũ sit ad hanc gl. Et sic intelligendo isto mõ dicere gl. nõ videtur ꝯrie. Sz certe iste itellect⁹ nõ vr de mẽte dicte gl. qꝛ ibi nõ dirigunt vba ad iudicẽ. sz ad ipaꝫ sniaꝫ. vñ dicit ꝙ qñ iudex pnũciat simplr ap. nõ tenere vr ꝯfirmari snia. et sic vr velle gl. ꝙ p dicta verba videat cõfirmata snia. Et p cõsequẽs ꝙ sit aliq. al's si voluisset sniam esse nullã nõ est verisimile ꝙ simpliciter dixisset qd tunc vr sententia cõfirmari. Nam derisoriũ fuisset hoc dicere ꝙ sententia nõ deberet valere. Et ideo vr qd mẽs gl. fuerit ꝙ tunc tacite snia sit cõfirmata: vt intelligũt etiã doc. Et p cõsequẽs ꝙ etiã voluisse qd snia q est nulla possit tacite cõfirmari: et cõsequẽter etiã expresse. et p hoc vr ꝯria in effectu gl. hui⁹. l. put dixerũt doc. et nõ est hoc mirãdũ ꝙ gl. illa ꝯriet isti: qꝛ etiã alij doc. et maxime Inn. in loco palleg. tenẽt ꝙ snia que est nulla põt cõfirmari: qd est intelligendum put superi⁹ dictũ fuit. ¶ †Iuxta pdicta põt qri qd si iudex pnũciat ap. nõ tenere vel male appellatũ: qꝛ snia est nulla an appellãs cõdẽnabit i expẽsis appellato. Ja. bu. i. d. l. j. dixit ꝙ si appellãs dixit sniaꝫ nullã. et si qua ẽ appello: tũc neuter alteri ꝯdẽnabit in expẽsis: qꝛ vterqꝫ ipsoꝝ ẽ victor et vict⁹. Nã appellat⁹ vr esse victor inquantũ pnunciat ap. nõ tenere vel male appellatuꝫ. sed appellãs videt esse victor inquantũ iudex dicit sniam nullã. ideo hincinde fiet cõpẽsatio. sed cũ secus si appellãs nil dixisset de nullitate. qꝛ tũc in casu pdicto cõdemnabit appellãs in expensis ipsi appellato. Sed Bal. et Saly. in hoc vltimo tenẽt contrariũ. et dicũt poti⁹ ecõtra cõdẽnandũ esse appellatũ in expẽsis ipsi appellãti ex eo: qꝛ appellãs videt etiã tacite et incidẽter induxisse nullitatem p sua intẽtione iuuãda. Et ideo qualitercũqꝫ illã inuauerit videt ꝙ debeat dici ipsum obtinuisse ar. l. qui accusare. C. de edẽ. l. si iuris. §. eandẽ. ff. de excep. rei iudi. Et istã partẽ puto esse verã. Et lz illa verba appellationẽ nõ tenere vel male appellatũ videãtur pria facie facere pro opposito tñ ex quo inserta est cã: qꝛ snia est nulla attendit poti⁹ cã ipsius snie ꝙ ipsa verba que impropriẽ vident fuisse plata p ea que superius dixi. et eadẽ rõne dico ꝙ qñ expresse appellãs dixit sniam nullã. et si qua est appello. ꝙ tũc si pnunciat appellationẽ nõ tenere vel male appellatuꝫ. qꝛ snia nulla dꝫ appellat⁹ cõdẽnari in expẽsis. Nã videt appellans obtinere ex quo declarat snia nulla: qꝛ pricipaliter dixit nulla et demũ appellauit qñ erat aliqua sed iniqua. et ideo non intelligit appellasse ex eo q apparet sniam nullã esse. Et sic illa verba appellationẽ nõ tenere impropriẽ vident plata et poti⁹ vident intelligẽda. i. qd intelligat pnũciatũ nõ intelligi appellatũ. qꝛ snia est nulla. et ideo cũ videat appellãs obtinuisse videtur ꝙ appellat⁹ sit cõdẽnãdus in expensis. qꝛ temere videt litigasse resistẽdo appellanti. facit. l. eũ quẽ temere. ff. de iudi. Nec ob. pdictis qd habet in. c. cũ appellationib⁹ de ap. li. vj. Vbi videt dici ꝙ frustratorie appellãs cõdẽnand⁹ est in expẽsis. et sic videt ꝙ cũ possit dici frustratorie appellatum qñ snia est nulla. ff. e. ex cõsensu. §. j. ꝙ debeat tũc appellãs condemnari in expẽsis appellato. qꝛ simpliciter fuit appellatum put dixit Bu. in. d. l. j. qꝛ rñderi potest ꝙ in. d. c. cũ appellationibus. nil dr de ap. frustratoria seu de friuola et de iure nõ defertur. et cõsequẽter nõ esse per iudicem deferẽdum. et sic loquit in casu in quo reijcitur appellatio a iure put cõtingit in aliquibus casibus puta i casib⁹ notorijs. et in. c. cũ sit romana. ad si. et. c. puenit. el primo. extra de ap. et si velles dicere ꝙ loquatur etiam de frustratoria lz expsse nõ dicat debet intelligi de frustratoria cui ius nõ deferat nec consequenter sit a iudice deferẽdum. et potest poni exemplũ qñ appellatur ab executione. C. quo. ap. nõ recipiant. ideo nimirũ si tũc talis appellans dꝫ condemnari in expẽsis. sed nos loquimur in appellante frustratorie vel superuacue ex eo qꝛ snia est nulla quo casu ius defert ap. qꝛ ipsam permittit vt hic pꝫ. et in. l. quedã mulier. ff. fa. her. et in. l. si. ff. de iure pa. lz nõ fuerit necesse ab ipsa tali snia nulla appellari. et propter hoc dicatur superuacue vel frustratorie appellatum. d. l. ex consensu. §. j. et. l. si constat. ff. e. vt dixit Bal. in d. l. j. C. quando prouo non est ne. verbum superuacue vel frustratorie nõ includitur intelligit excludere potentiaꝫ appellandi. sed necessitatem quasi sit sensus qd superuacuo vel frustratorie appellatur in. d. casu hoc est ex abundanti vel ad cautelam. nõ autẽ qd nõ poterit appellari. alias vt ipse dicit de ipsa frustratiõe vel superuacuitate nõ posset cognoscere iudex ad quem esset appellatum ab ipa snia que reperitur nulla qd nõ est veꝝ patet ex his que habentur in. d. l. quedam mulier. et in. d. l. fi. et in preallег. l. si cõstat. Et ideo lz posset dici frustratorie vel superuacuo appellatum qñ snia est nulla ex quo nõ obtinet in effectu in ap. non videre qd debeat cõdemnari i expensis appellato. sed potius ecõtra vt superi⁹ dictum fuit. Et secũdum predicta videtur intelligi quod dixi in l. cum querebatur. ff. de re iudi. licet de hoc ibi dubitaueriꝫ. vnde autem procedat libellus vel appellatio quando quis dicit sententiam nullam vel si qua est appello inferius dicet post gloss. ¶ In ea. gl. ibi inter litigantes. idem voluit gl. in. l. licet. C. de procur. et Inno. in. c. dilecto iuxta fi. vnde non nimirũ si in casu. d. l. potuit ratificari. quia id qd erat aliquid. et similiter snia respectu litigãtium. Non autem erat funditus nullum. quia tunc non potuisset ratum haberi vt voluit hic in. c. prudentiam. in prima glo. de off. dele. Et ideo cũ hic snia esset nulla penitus propter iuris erroreꝫ expressum. ideo nõ potuit confirmari. potest etiam dici ad dictuꝫ §. falsus. vt. ff. tetigi qd ibi quantũ ad dñm sententia erat nulla pter defectuꝫ cõsensus ipsius dñi. et nõ propter iuris rigorẽ. ideo ibi potuit cõfirmari eo mõ quo ibi dicit. ¶ In ea. gl. ibi extra de ap. Meli⁹ dixisset extra de re iudi. qꝛ istud. c. inter ceteros. ibi habet. et nõ in ti. de ap. lz in ti. de ap. habeat. c. inter cetera. illud. c. nõ facit ad ppositũ et nõ dicit inter ceteras. sz iter cetera. ¶ In gl. fi. ibi vtile pter inutile quasi velit †ꝙ acta que erãt vtilia nõ vitiant pter sniam que erat inutilis et nulla. Et aduerte qꝛ cũ ista gl. inquantũ tꝫ qd ex eisdẽ actis poterit snlari cõcor. gloss. in. l. si vt pponis. C. quõ et qñ iudex. ꝯrium tꝫ glo. in. l. cum querebat. ff. de re iudi. Et sic glo. in hoc articulo fuit sibi ꝯrius. et per hoc non est absurdum dicere ꝙ ẽt fuit sibi ꝯrius in eo qd dixit in glo. precedẽti an videlicet snia nulla possit ꝯfirmari de quo articulo plene ibi dixi. In ista aũt cõis est cõclusio doc. qd aut vitium respiciens sententiã pariter etiã respicit acta. vt qꝛ snia lata est cõtra minorẽ indefensum vel similiter mortuũ. et similiter cõtra oia acta q sunt facta. et tunc ex illis actis nõ poterit sententiari. sed de nouo oportebit oia illa fieri. et intelligat gl. in. d. l. cũ querebatur. aut vitium respicit solum sententiam non acta. vt quia acta sunt legitime facta lz sententia est nulla: quia lata die feriata vel lata parte non citata

⁊ tūc poterit ex eisdem actis sententiari. ita intelligatur glo. ista ⁊ alia que illi concordat in .d.l. si vt proponis. Aut vitiū qd est in sententia respicit etiā per se acta. puta quia libellus fuit legitime oblatus. ⁊ similiter lis contestata cū persona legitima. sed postea fuit processum contra mortuum vel contra minorē indefensum ⁊ tunc illa acta que erant valida nō expedient tractari. sed illa que erant nulla. ⁊ sic debet intelligi ista glo. ⁊ glo. d.l. cū querebat̄. Et istud etiā videt̄ sensisse glo. qn̄ dixit vtile per inutile nō vitiat̄. de materia per Bar. in .d.l. cum querebat̄. ⁊ in specu. de sen. §. iusta. ver. sed si causa. in vlti. col. Et aduerte qꝛ glo. inquantū fecit mentionē de lit. conte. vr̄ voluisse qn̄ sn̄ia est nulla iterū pronūciari ex eisdē actis tā tendētibus ad decisionē litis quā etiā tēdētibus ad litis ordinationem. vt est libelli oblatio: litis contestatio: ⁊ protestatio iuramenti de calumnia. ⁊ similis actus. Nam tales tendūt ad litis seu iudicij ordinationē. ⁊ dicunt̄ litis acta scʒ ordinatoria: iuxta id qd legit̄ ⁊ notat̄ maxime p Bar. in .l. ij. §. iudi. solui. ⁊ p Inno. in .c. causam que. el picola. extra de testi. Acta vero tēdentia ad litis decisionē sunt cōfessiones: attestationes: ⁊ instrumēta. facit qd no. §. in locis preallegatis. ⁊ qd no. p glo. in cle. sepe in ṽ. decisiones legitime. de ver. sig. An autē hoc sit verum qd tam ex actibus tēdētibus ad litis decisionē quā ex tēdētibus ad litis ordinationē possit iterū sn̄iari. ⁊ sic nō est necesse illa de nouo iterari. Cōclude qd hoc pōt procedere qn̄ instātia iudicij nō est perempta que non perimitur per sententiam diffinitiuam iudicis ordinarij quādo est nulla. sed secus sit quādo esset aliqua per id qd legitur ⁊ notat̄ in .l. si vt proponis. la prima. C. quomodo ⁊ qn̄ iud. ⁊ in .l. j. qn̄ prouo. non est ne. in prima glo. Si enim instantia esset perempta ex lapsu tēporis licet sn̄ia fuisset nulla ⁊ lata infra tempus instantie non posset sententiari ex eisdem actis quatenus tēderent ad litis ordinationem: qꝛ talia acta pereunt perempta instātia. vt .l. is. indi. sol. Ideo opus erit incboari nouam instātiā. ⁊ per consequens de nouo fieri ⁊ iterari acta litis ordinaria. Acta aūt decisoria tēdētia ad litis decisionem nō esset necesse iterari. sʒ sufficeret illa producere de noua instātia ad hoc vt ex illis posset sententiari. dūmodo essent talia qd eoꝝ effectus ex tpe non mutaret̄. Nā alias secus esset per id qd legit̄ ⁊ no. in .l. spadonem. §. qui absolutus. §. de excu. tu. Et notat etiā Saly. in .d.l. si vt proponis ⁊ sic pʒ ex predictis qd vt possit sn̄iari ex oībus actis. ⁊ sic etiaʒ ex tendētibus ad litis ordinationē est necesse qd instātia nō sit perēpta. est etiam necessariū qd adeatur ipse idē iudex ordinarius q tulit sn̄iam nullam vel eius successor. faciat quod habet̄ .l. j. C. de sen. ⁊ interlo. om. iudi. ⁊ in .l. si preses. C. quō ⁊ quando iudex. Itē requirit̄ tertio qd petatur per ipm ordinarium vel successorē presentem iterū sentētiari: qꝛ sn̄ia est nulla. Nam hoc casu non disputabitur pricipaliter de nullitate sed incidēter vt hic voluit Bart. ⁊ in .d.l. si vt pponis ibi nō erit necesse sup nullitate libellū offerri nec erit etiam necesse expresse pnūciare iterū sentētiando super negotio principali ex quo incidēter deducit̄ ipsa nullitas p id qd habetur in .l. j. C. de ordi. iudi. An aūt erit necesse cognosci de nullitate. dic qd nō si de illa cōstat ex actis: qꝛ illa que actis cōstant dicuntur esse notoria iudici vt no. Inno. in .c. per tuas. de testi. et in c. ex insinuatione extra de ap. ⁊ voluit etiam gl. no. in .l. vbi pactū C. de transac. Si aūt de illa non constaret ex actis. vt qꝛ diceretur nulla sn̄ia. qꝛ data fuit contra illum qui fuit mortuus: facit .l. pe. ⁊ fi. j. que sen. sine ap. rescin. Tunc anteꝗ̄ iterū sentētiet̄ prius debebit de nullitate cognosci ex quo non est notoria iudici: lʒ secus sit qn̄ est notoria iudici debeat prius de illa cognosci anteꝗ̄ iterum pronunciet super cā: non tamen erit necesse pnūciare expresse sup ipsa nullitate. sed sufficiet tacite pnūciare pnunciando iteruʒ super negotio principaliter per id quod supra dixi. ⁊ no. etiā Bar. j. d.l. si vt ppōis. ⁊ facit ēt qd no. Saly. ibi. ⁊ j .l. si pses. e. ti. Si aūt peteret̄ pncipaliter coraʒ ipso ordinario vel successore pnunciari sn̄iam fore nullā. ⁊ successiue iteꝝ pnūciari sup negotio pncipali. tūc qꝛ pncipaliter pponit̄ nullitas sup illa debebit ferri expresse diffinitiua p .l. de q̄ re. §. de iudi. ⁊ p cōsequēs i cā nullitatis debit libellus offerri ⁊ lis contest. ⁊ iuramentū de calūnia pstari. facit qd habet̄ in .c. ij. de iura. cal. j. vj. ⁊ j .l. ij. C. de iur. cal. Et sic erit necesse de nouo fieri acta litis ordiatoria. ⁊ sic illa iterari ⁊ noua erit ēt instantia. ideo tūc ex actis pme litis tendētibus ad ordinationeʒ iudicij nō pnūciabit̄: sʒ solū ex tēdentib⁹ ad decisionē iudicij. Et per hoc habes qd vt possit ex omnib⁹ actis prime litis pnūciari tria pcipue requirunt̄. pmū est qd instātia nō sit perēpta. Secundū qd idē iudex ordinari⁹ vel successor adeat̄ vt iterū pronūciet. Tertiū est qd petat̄ pncipaliter p ipsum ordinariū vel successorē iterū pnunciari qd sn̄ia est nulla. nō aūt petat̄ pncipaliter sententiā pnūciari nullā. al's nisi pdicta tria ꝯcurrāt nō vr̄ pcise ex oīb⁹ actis prime litis posse iterū pnunciari. Et hec pcedunt qn̄ ordinarius tulit sn̄iam. Si aūt delegatus tulisset sn̄iam nullā: tūc si esset nulla: qꝛ nō fuit seruata forma mādati vi qd finiat̄ eius iurisditio per talē sententiā nullā nō seruata forma cōpromissi iuxta id qd legit̄ ⁊ no. in .l. dicere. §. fi. cum .l. seq. ⁊ .l. quid tn̄. §. de arbitris. Ideo tunc idē dicendū esset si ipse adeat̄ qd dixi supra qn̄ ordinarius adit̄ qui tulit sn̄iam nullā. ⁊ qd in dicto casu nō expiret iurisditio delegati. tenuit etiā Ja. bu. Bar. ⁊ Saly. in .d.l. si vt proponis. ⁊ facit etiā qd no. ipse Saly. in .l. si pses. C. quomodo ⁊ qn̄ iudex. Si autē alia de cā sn̄ia delegati esset nulla tūc p talē sn̄iaʒ diffinitiuā expirat ipsi⁹ iurisditio. ⁊ sic nō pōt vlteri⁹ se itromittere sine nouo mādato. d.l. si vt pponis. ⁊ .l. iudex. §. de re iudi. ⁊ in .c. i literis. de offi. dele. An aūt tūc etiā expiret instātia per talē sentētiā nullā delegati. Ang. in .d.l. si vt proponis. tenuit qd sic p iura preallegata. Sed forte pōt teneri cōtrariū: qꝛ dicta iura nihil dicunt de instātia sed solū de iurisditiōe ipsius iudicis. vnde vr̄ qd cū vice delegātis cognouerit. facit .l. j. §. qui mādata. §. de offi. ei⁹ cui mā. est iurisditio. sicut si ipse delegās tulisset sn̄iam nō esset instantia perēpta. ita vr̄ qd hoc casu non sit perēpta ⁊ sic videret̄ qd possit adiri ipse delegās vt ipse ex eisdē actis pronūciaret. posset etiā hoc cōmittere alteri si vellet quinimo etiā s̄m Ang. posset cōmittere eidē vt iterū de cā cognoscat nisi sn̄ia fuisset lata per iniqtatē vel per sordes: qꝛ tūc nō esset conueniēs qd sibi cōmitteret̄ ne ipse sue iniqtatis esset cognitor contra id qd habet̄ in .l. eos. C. de appel. in pn̄. Illud aūt est certū qd si tenem⁹ sententiā nullā iudicis delegati nedū perire ei⁹ iurisditionē sed etiā perire instantiā qd nō poterit ex oīb⁹ actis litis pme pronūciari si expediet nouā instantiā incboari. ⁊ cōsequēter noua acta litis ordinata ordinatoria fieri. Secus si diceret̄ instantiā nō esse peremptā ⁊ peteretur prin. ex eisdē actis pnūciari p ipsum delegantē: qꝛ sn̄ia delegātis est nulla. Nā tūc videt̄ qd pcise ex oīb⁹ actis pme litis possit pnūciari. Et ex predictis patere pōt an qn̄ appellat̄ a sn̄ia nulla iudex appellationis posset ex eisdē oībus actis prime litis pnūciare: qꝛ videtur dicendū qd nō qꝛ instātia cause ap. est noua instātia. ⁊ in ipsa etiā dʒ nouū iuramētū calūnie pstari in .c. ij. de iura. calū. in vj. ⁊ in .l. ij. in pn̄. C. de iura. calū. ⁊ etiā dʒ fieri noua instātia cōtestatio. ⁊ ꝯn̄r libelli oblatio si procedit̄ partib⁹ psentibus ⁊ probatur in .l. vna. ⁊ ibi no. C. ne liceat in vna eadēꝙ causa tertio puo. ⁊ no. etiā p Bart. in .l. ab hostib⁹. §. qd simpliciter. §. ex q. cau. ma. ⁊ etiā pbat̄ in .c. iterposita. §. fi. cū ibi no. §. de ap. Et ideo ex actis ordinatorijs litis pme cause nō poterit pnūciari. sed bn̄ ex decisorijs si illa producantur. facit qd legitur ⁊ notat̄ in .l. ij. C. de eden. per predicta etiam patere pōt quid si adeatur superior sup cā nullitatis. Nam tunc cum principaliter deducit̄ nullitas corā eo necesse erit super illa diffinitiue pronūciari. ⁊ sic expediet cōte. lit. fieri ⁊ libellū offerri. ⁊ per ꝯsequēs erit noua instātia. facit qd supra dixi. Ideo nō poterit iudicari iterū ex actis ordinatorijs pme litis sʒ solū ex decisorijs: p hec habes plenarie declaratā glo. latius quā doc. tāgunt.

13 ¶ † Sʒ iuxta pdicta surgit dubiū ⁊ pōt dubitari qs iudex pōt vel dʒ adiri sup cā nullitatis. cōclude qd aut iudex q tulit sn̄iam fuit delegatus aut ordinarius. si fuit delegatus tunc si tulit sn̄iaʒ nullā pter nō seruatā formā delegatiōis poterit ipse idem adiri per id quod superius dixi. Et etiā ipse delegās per id quod inferius dicetur. Si autē fuisset nulla alia ratione: tūc ipse idem adiri nō pōt: qꝛ perempta est eius iurisditio. d.l. si vt pponis. Sed poterit adiri ipse delegans vt ibi patet. Si aūt fuit ordinarius tūc Inno. in .c. dilecto. extra de ap. videt̄ velle quod per viā nullitatis seu sup nullitate nō possit adiri nisi ipse ordinari⁹ seu per viam appellationis poterit adiri superior qui tunc poterit etiaʒ de nullitate cognoscere. ⁊ sic intelligit istum tex. facit qd habetur in .l. quedā mulier. fami. her. ⁊ in .l. fi. §. de iure pa. in quibus patet qd etiā in cā app. venit causa nullitatis. Sed certe ista opi. videtur esse contra tex. in .l. absentē. j. de accu. vbi patet quod etiam circa viam ap. aditur superior sup nullitate pōt adiri idē iudex vel supior. per illā .l. si vt pponis dixit qd aut sn̄ia est nulla propter iniquitatē vel sordes sententiantis. Et tn̄ superior poterit ⁊ debebit adiri sup nullitate. d.l. absentē. Si aūt sit nulla alia ratione tūc ipse idē iudex ordinarius vel successor debet adiri. allegat idem Ja. qd habetur in .l. iiij. C. de accu. ⁊ in .l. j. C. de sentē. et interlo. om. iudi. in .l. si preses. C. quō ⁊ qn̄ iudex. Sed aduerte qd vt dixit Jac. bu. in .d.l. si vt pponis. glo. videt̄ velle indistincte qd possit adiri superior sup nullitate. vnde gl. j. d.l. iiij. C. de accu. simpliciter dicit qd adeūdus est idē iudex qui tulit sn̄iam vel supior ⁊ sic videtur velle simpliciter qd in electione sit partis cōtra quā lata est sn̄ia que dr̄ nulla an velit adire eundē iudicem vel successorem an vero superiorē. hoc etiā videt̄ voluisse glo. in .l. j. C. quādo prouo. nō est ne. ¶ In glo. ij. inquantum vult qd principaliter potest dici de nullitate corā iudice superiore ad quē potest appellari Ideo ipse Jac. bu. dixit vt hic refert Bart. qd indistincte poterit adiri supior sup nullitate etiā si sn̄ia dicat̄ nulla alia rōne quā pter iniquitatem ⁊ sordes iudicantis. ⁊ si dicatur vbi ceptū est iudicium ibi debet finiri. l. vbi ceptū. §. de iudi. Et sic videt̄ qd superior nō possit adiri nisi ipse idē vel successor. rn̄dit ipse Bu. qd si quis vult deducere nullitatem corā superiore ⁊ petere vt iterū de causa pronunciet̄. p ipsum hoc fieri nō poterit. sed debebit id peti coram eodē qui tulit sn̄iam vel successore. Secus si solum deducat̄ nullitas corā superiore. ⁊ petat̄ sup illa pnunciari: qꝛ hoc bene poterit fieri etiā eo casu in quo sn̄ia est nulla alia ratione quā pter

iniquitatem

iniquitatē ⁊ sordes iudicis. Sʒ Bar. nō placet ista opi. ꝑ. l. absen
tem. C. de accu. ⁊ per. l. j. §. j. ff. que sen. sine ap. rescin. In quibus iu
ribus videt̄ probari quod iudex aditus sup nullitate posset etiā
de cā principali cognoscere ⁊ pronūciare lʒ bu. voluerit ꝯrium ſm
eum. vñ ipse dicit ꝙ aut petit̄ simpliciter a supiore vt iterum pro
nūciet de cā. q̄r snia est nulla. ⁊ hoc fieri nō posset. ⁊ ſm hoc etiam
posset ꝓcedere opi. Bu. ⁊ pōt eē rō licet ipe nō alleget. q̄r ipse idē
superior nō est ordinarius ipsius cause principalis nec pōt de illa
cognoscere nisi deuoluat̄ ad eū per viā appellationis vel agendo
principaliter de nullitate coram eo. Et ideo ex q̄no nō est ordina
rius cause nec est appellatū ad eū nec principaliter dictū de nulli
tate corā eo nō videt̄ quod possit peti coram ipso principaliter vt
iterū ꝓnūciet q̄r snia sit nulla: cū tunc nullitas nō deducat̄ princi
paliter sed incidēter vt superius etiā tetigi. Interdū aūt petitur
per superiorē principaliter sup nullitate snie ꝓnūciari. Et sic pri
cipaliter deducit̄ nullitas coram ipso. ⁊ tūc hoc fieri pōt et de illa
cognoscere poterit per dictā. l. absentē. ⁊. d. l. j. §. j. ⁊. d. l. quedā mu
lier. ⁊. d. l. si. de iure pa. Et plus dixi qđ etiam poterit de ipa cā p̄n
cipali cognoscere: q̄r sicut cā ap. deuoluit totū negotium ad supe
riorem vt possit sniam reformare etiā ex noua cā. l. j. in pri. ff. e. ⁊. l.
fi. ff. qđ cū eo. ⁊ in. l. per hanc. C. de tēpo. ap. ita etiā ſm eum deuol
uit cā nullitatis totum negotium ad superiorem vt sic possit etiaʒ
cām seu sniam reformare per. d. l. absentē. dū dicit reformabit ⁊c.
Et. d. l. j. §. j. que sen. sine app. rescin. Et ad hoc etiā allegat dictuʒ
Inno. in. c. cū contingat. de offi. dele. forte voluit allegare id quod
dicit in gl. mag. dū dixit qđ si aliquis petit sententiā infirmari ecō
tra pars aduersa poterit instare vt snia confirmaretur. et si osten
dat illā confirmādā iudex confirmare debebit. ipe tñ Bar. in. l. j.
C. qñ ꝓuo. nō est ne. dixit Inn. in. d. c. cū contingat. tenere contra
rium vcʒ qđ iudex aditus sup nullitate nō possit se intromittere
de iustitia vel iniustitia cause. Et istud videt̄ dicere Inn. circa pri.
gl. magne dicti. c. cū cōtingat. ipse tñ Barto. in. d. l. j. reprehendit
Inn. per ea que habentur in. d. l. absentē. ⁊ in. d. l. j. §. j. Saly. in. l.
si preses. C. quomodo. ⁊ Bal. in. d. l. si vt ꝓponis. ⁊ in. d. l. iiij. C. de
accu. Nā dicunt Bu. velle qđ aut snia est nulla propter iniquita
tem ⁊ sordes iudicis ⁊ adiri debeat superior super nullitate q hoc
casu poterit etiam de causa cognoscere ⁊ super illa iterum pronū
ciare. Nā hoc casu nullitas predicta deuoluit etiam principale ne
gotium ad superiorē per. d. l. absentē. Et hoc ideo q̄r ordinarius
qui tulit sententiā est suspectus in casu p̄dicto. ideo propter suspi
cionem nō fuit conueniens qđ ipse cognosceret de causa principa
li. facit qđ no. ipse But. in. d. l. iiij. Ideo tunc ad superiorēʒ deuol
uitur causa nullitatis. ⁊ per illā etiam deuoluitur potestas cogno
scendi de causa principali. Interdum snia est nulla alia ratiōe ꝙ̄
ꝓpter iniquitatem ⁊ sordes iudicis. ⁊ tunc dicit aut quis vult vt
ex eisdem actis iterū ꝓnuncietur eo casu quo fieri pōt. vt q̄r nō est
perempta instantia. ⁊ acta nō sunt vitiosa. ⁊ tunc nō debet adiri
superior sed idem vel successor. d. l. si preses. ⁊. d. l. j. de senten. ⁊. d. l.
iiij. ⁊ facit. l. vbi ceptum. ff. de iudi. Sed vbi quis nō peteret ex eis
dem omnibus actis ꝓnūciari. quia nō vult hoc petere nec de hoc
etiam curat vel nō potest forte. quia instātia esset perempta tunc
dicit But. in. d. l. si vt proponis. vt refert ibi Bal. ⁊ Saly. in. d. l. si
preses qđ poterit idem ordinarius tunc adiri superior vt de nul
litate cognoscat ⁊ sententiet. Et si ponderentur verba Bu. ⁊ Sa
ly. volunt p̄dicti ⁊ etiam Bal. qđ si aditur superior super nullita
te principali ⁊ petitur qđ iterum cognoscatur de causa vel ꝓnun
cietur. qđ hoc fieri poterit dūmodo nō petatur qđ ex eisdem actis
etiā ordinatoriis litis ꝓnuncietur. Illud enim nō posset peti: q̄r
ex quo pricipaliter deducit̄ nullitas corā superiore tūc inchoatur
noua instātia sup illa ⁊ etiā superiꝰ tetigi. ⁊ sic noua acta ordina
toria expedit de nouo fieri ⁊ iterari. ⁊ sic pʒ qđ Jac. Bu. nō dene
gat ꝙ nō possit supior aditꝰ p̄ncipal̄r sup nullitate etiā de cā prin
cipali cognoscere ⁊ etiā sup illa ꝓnūciare ex actis prie cause: sʒ ex
actis ipsiꝰ cāe nullitatis. Inn. v̇o vt. ff. dixi vr̄ tenuisse cōtra in lo
co p̄allegato. vbi videt̄ dicere ꝙ iudex aditꝰ sup nullitate nō pōt
sententiā reformare. q̄r articulꝰ iniquitatis nō spectat tunc ad eū
ex quo sola nullitas fuit deducta. Bar. tñ hic. ⁊ in. d. l. j. C. qñ pro
uo. nō est ne. tenet ꝯrium vt p̄dixi. Ang. hic dixit qđ si supior adit̄
sup nullitate causata a sorde ⁊ iniqtate iudicis tūc v̄ra sit op. Bar.
q̄r tūc cā p̄ncipalis nō dʒ ad primū iudicē redire ꝑ. d. l. absentē. et
14 d. l. iiij. alias ſm eū sit vera snia Inn. † q̄r cōtinētia cause nō dʒ di
uidi. ⁊ vbi ceptū est iudiciū ibi dʒ finiri. l. vbi ceptū. ff. de iudi. ⁊. l.
de qua re. e. ti. Nec ob. d. l. absentē. q̄r loquit̄ qñ interuenit iniqtas
⁊ iniuria iudicis: Nō ob. d. l. j. §. j. ff. que sen. sine ap. rescin. vbi snia
erat nulla. ⁊ tñ reformabat̄. ⁊ rñdit ꝙ vbi petebat̄ correctio prime
snie corā eodē iudice vel corā superiore per viā app. Et nō ꝑ viam
nullitatis. Itē nō ob. cle. j. de re iudi. vbi vr̄ casus ꝓ Bar. ſm euʒ.
q̄r rñdit ꝙ vbi sup eodē fuerūt late tres snie ⁊ semp vna fuit cōfir
matoria alteriꝰ. nō aūt reformatoria. ⁊ ideo q̄r ſm eū bis erat sup
nullitate ꝓnunciatum nulla exceptione obstāte dʒ finiri executio
saluo nisi opponat̄ exceptio nullitatis causata ab effectu iurisdi
tionis: q̄r illa semp intelligit̄ reseruata quantūcunqꝫ. l. vel statutū

disponat nullā excep. posse obijci vt est gl. sing. que nō est alibi ſm
eū. ⁊ cano. in cle. ad si. de seque. pos. ⁊ sic residet hic in hoc articulo
potuisset tñ magis expedite rñdere ad. d. cle. qđ vbi bis fuerit ap
pellatum et in qualibet appellatione snia fuit cōfirmatoria ⁊ non
mirū si potuit fieri ex quo erat interposita appellatio. sʒ nos loq
mur qñ pricipaliter deducit̄ nullitas. Et sic illa cle. nō videt̄ face
re ad ꝓpositū. ⁊ attēde q̄r ipse idē Ang. in effectu tenuit idē ꝙ hic
tenet in. l. j. C. qñ ꝓuo. nō est ne. vbi tñ latiꝰ loquit̄ ꝙ̄ hic. Nam ibi
videt̄ tāgere duo. prīo an iudex aditus sup nullitate possit cogno
scere de iniustitia. scđo quis iudex possit vel debeat adiri sup nul
litate. Circa primū cōcludit qđ si adeat̄ idē iudex sup nullitate in
tellige pricipaliter ꝓpter id qđ supra dixi circa intellectū gl. si. tūc
nō poterit ſm eū cognoscere de iniquitate seu iniustitia q̄r nō dʒ
quis esse cognitor sue iniquitatis vel iniustitie. facit. l. eos. in pri.
C. de ap. hoc videt̄ posse limitari qñ ille q ꝓponit nullitatē nō cō
tentat̄ qđ cognoscat de iniquitate vel de iniustitia. sed si contenta
ret̄ ⁊ peteret cognosci de cā nō video ꝙ repugnet quin posset tūc
ipse idē iudex de cā cognoscere cū pōt quis exceptioni suspicionis
iudicis renūciare. l. pe. cū cōcor. C. de pac. Si aūt adiret̄ successor
ipsiꝰ ordinarij qui tulit sniam sup nullitate. q̄r tūc cessaret rō An
ge. lʒ ipse non tangat videt̄ qđ possit de cā cognoscere si hoc petat
ipse q ꝓponit nullitatē ex quo ipse successor est ordinarius ipsius
cause p̄ncipalis. Aut adit̄ pricipaliter sup nullitate iudex supior.
⁊ tūc dicit qđ si snia erat nulla ꝓpter iniquitatē ⁊ sordes iudicis
tūc poterit superior etiā de iniusticia. ⁊ sic de causa ipsa p̄ncipali
cognoscere per. d. l. absentē. Secus dicit si snia alia ratione dicat̄
nulla. q̄r tunc cū separata sint iura nullitatis ⁊ iniustitie videt̄ ex
quo aditus est sup nullitate qđ nō possit de iniustitia cognoscere
vel se intromittere vel sup illa ꝓnūciare. Et isto casu procedat di
ctū Inn. in. d. c. cū cōtingat. facit qđ habet̄ in. l. eū qui. C. de inoff.
test. Et sic videt̄ Ang. hic ⁊ in. d. l. j. tenere qđ iudex superior aditꝰ
principaliter super nullitate nō possit de cā principali cognoscere
nec sup illa ꝓnūciare nisi in casu qñ dicit̄ sniam latā esse nullā per
iniquitatē ⁊ sordes iudicis. sed vt dixi. ff. cōtrariū tenet Bart. hic
⁊ in. d. l. j. ⁊ etiā Jac. bu. in. d. l. si vt ꝓponis. recte intelligēdo euʒ
ꝓut etiā intelligit Bal. in. d. l. si vt ꝓponis. Et Saly. in. d. l. si pre
ses ⁊ etiam ipse Bal. ⁊ Saly. idē tenēt in locis preallega. Et ista
opi. videt̄ equior ⁊ rationabilior rōne circuitus vitandi ar. l. dñs
testamēto. ff. de condi. inde. Et pro hoc etiā facit bene. d. l. absen
tem. Nam licet videatur loqui quando snia fuit lata per iniuriā
iudicis tñ illud potest dupliciter intelligi: vno modo per iniuriā
ex animo suo cōmissam. Alio modo potest intelligi per iniuriam
i. non iure vt ꝓbatur in. l. sed si quecūqꝫ. §. iniuria. ⁊ in. l. j. et. ij. ff.
ad. l. aquil. Et insti. de. l. aquil. §. j. ⁊ sic vtroqꝫ modo videtur posse
intelligi. ⁊ sic etiam videtur vtroqꝫ casu intelligere gl. in. l. iiij. dū
dixit indistincte per. d. l. iiij. iuncta. d. l. absentē. quod vbi snia est
nulla adiri potest ideʒ iudex vel superior. pro ista parte etiam bñ
facit qđ habet̄ i. l. j. §. j. q̄ sen. sine appel. rescin. Nam vbi dr̄ qđ vbi
snia est nulla ꝓpter errorē calculi citra appellationē corrigetur. ⁊
subdit qđ huiꝰ. q. iudex poterit corrigere ⁊ etiā reformare ex cā. ⁊
sic videt̄ litera velle qđ possit supior adiri per viam nullitatis pri
cipaliter intētate: vt ibi etiā sensit gl. cum nō dicit quod idem iu
dex habeat corrigere. sed iudex illiꝰ correctionis seu q̄stionis. Et
sic etiam videt̄ ibi sentire glo. ⁊ per hoc non videt̄ esse bona rñsio
que data fuit per Ang. ad illum tex. nec etiam ad. d. l. absentem et
vt predixi vr̄ esse etiā cōtra eū cōis opi. que vt dixi videtur etiam
equior vt circuitus euitet̄. credo tñ quod si aditus est superior p̄n
cipaliter sup nullitate. ⁊ nō est petitū quod super causa principali
pronūciet lʒ aliquid de ipsa fuerit coram ipso deductū nō poterit
sup ipsa cā principali ꝓnunciare. sed sup nullitate: q̄r nō dʒ iparti
ri officium suū super nō petito. l. iij. §. hoc aūt iudicium. ff. de dā.
infe. Et hoc modo posset intelligi ⁊ procedere dictuʒ Inn. in. d. c.
cū cōtingat quāuis etiam posset dici qđ per ea que postea dicit in
ferius videat̄ recessisse ab eo quod dixit in prin. puto etiam quod
si ille pro quo lata fuit snia que dr̄ nulla dicat qđ nō dʒ de cā prin
cipali cognosci lʒ hoc peteret ille q dicit de nullitate anteꝙ̄ sit deci
sa cā nullitatis ex eo q̄r illa causa est p̄iudicialis. Nam si sententia
non sit nulla ex quo nō fuit appellatū illa trāsiuisset in rem iudic.
Et sic nō posset inuita parte pro qua est lata de ipsius iustitia q̄ri
dʒ audiri hoc dicens anteꝙ̄ de causa principali possit cognosci cū
causa nullitatis velut preiudicialis debeat prius tractari in. c. tuā
extra de ordi. cog. ⁊ in. c. j. titu. Et facit qđ legit̄ ⁊ notat̄ in. l. j. C. de
ordi. iudi. Si autem ille qui dixit de nullitate petat etiam de cau
sa cognosci. vel dato qđ non petierit a principio postea in processu
petijt ⁊ produxit aliqua de iniustitia snie. Et sic prosecutꝰ fuit nul
litatem ⁊ iniustitiam si reus cōtra quē agit̄ nō excepit ipsum non
esse audiendū ante tractatum cause nullitatis tunc vr̄ qđ poterit
iudex ipse superior aditus sup nullitate etiā sup iustitia vel iniu
stitia pronūciare per id quod habet̄ in. d. l. absentē. ⁊ in. d. l. j. §. ꝑ
mo. Et plus videt̄ qđ si appareat ex actitatis sniam esse iniustam
lʒ esset aliqua qđ poterit cōtrariā sniam ferre ex quo de iniustitia
sibi pʒ ⁊ non fuit exceptū qđ nō possit de iniustitia queri qñ snia

que fertur in arbitrariis feratur postquam prima transiuerat in rem iudi. non potest appellari. Nam videtur esse hic casus contra illam gl. quia appellatum fuit a secunda sententia licet prima transiuisset in rem iudicatam. Et pro hoc etiam facit quia vt ipse dicit possibile est quod prima sententia fuerat iusta. quia non fuit impeditus quis implere quod in sententia deuenit. et tamen poterat esse quod secunda erat iniusta. quia forte fuerat impeditus casu fortuito implere quod in sententia deuenit infra tempus quadrimestre. quo casu in actione quod met. cau. non poterit quis condemnari in quadruplo: licet alias solum posset in triplo: vt probatur in. d. l. si cum exceptio. §. quatenus. et §. quod si homo. ideo si tunc condemnaretur in quadruplo: postquam prima sententia transiuit in rem iudi. nihilominus posset appellari: quia grauaretur pars. Et per consequens deberet posse appellari per id quod dicitur. Sed Ange. hic saluat illam glo. quando per secundam sententiam nullum inferretur grauamen: quia tunc non posset appellari. de quo etiam dixi post eum in. l. ab executore. §. eo. Sed certe satis credendum est Bar. solum voluisse reprehendere. gl. quando per secundam sententiam infertur nouum grauamen. et non in alio casu. et plus etiam voluit quod licet possit appellari a secunda sententia quando infert nouum grauamen. tamen non audietur a quo: non contra primam sententiam ex quo illa transiuit in rem iudicatam. per id quod habetur in. d. l. ab executore. in prin. in ver. ita tamen. Ulterius reuocat in

13 dubium hic Ang. †an a precepto de exhibendo rem possit appellari. et in effectu videtur concludere quod non. quia factum est ei qui habet facultatem exhibendi: quia tunc potest cogi precise exhibere: secus dicit quando factum est ei qui desierat possidere: quia tunc infert graue preiudicium cum possit condemnari ad interesse. ideo poterit appellare. Et sic voluit Spe. in ti. de ap. §. in quibus. ver. sed nunquid in actione ad exhibé. et sic residet Ang. Sed forte potest dici quod a precepto de exhibendo non appelletur per id quod dixi supra post Bar. sed bene poterit appellari si condemnetur ad interesse quis ex eo quia non exhibet per istum tex. Et istud videtur esse verum: quicquid dixerit Spec. et etiam Ange. Secundo ponderandum quod hic appellatur a sententia lata contra non exhibentem rem super interesse propter iuramentum in litem. et pro hoc dicit colligi posse ex hoc tex. generalem doctrinam videlicet quod vbicunque. l. prohibet appellari a diffinitiua. Exemplum ponit in causa momentanee pos. vbi poterit appellari ab interlocutoria lata ante diffinitiuam. et hanc dicit esse doctrinam Inno. in. c. significauerunt. extra de testi. et in. c. vl. extra de ope. no. nun. Et ratio est in promptu secundum eum: quia si non potest appellari a diffinitiua et non possit appellari ab interlocutoria grauante aliquem: illud grauamen esset irreparabile. Et pro predictis etiam bene facit quod plene no. in. l. ij. ff. de ap. reci. vbi etiam concluditur quod vbi grauamen quod infertur per interlocutoriam non est reparabile per ap. a diffinitiua tunc potest appellari ab ipsa interlocutoria. et sic dictum Ange. in se est verum tamen meo iudicio non bene colligitur hic: quia sententia hic lata super interesse est secunda sententia que fuit lata in actione arbitraria que est diffinitiua. vt no. per glo. in preall. l. si cum excep. §. hec actio. Preterea ista sententia super interesse non fuit lata ante primam. prout videtur innuere Ang. sed fuit lata post primam. et sic tex. iste non videtur probare eius dictum. ¶ Item aduerte quia quatenus dixi post Ang. quod licet non possit appellari a sententia diffinitiua lata super possessorio. tamen poterit appellari ab interlocutoria lata ante sententiam ipsam. Nam illud videtur intelligendum esse et procedere quando preiudicium quod infertur per ipsam interlocutoriam non posset reparari per iudicium petitorium. secus si posset reparari. quia tunc qua ratione non potest appellare a diffinitiua super possessorio. cum ibi non possit appellari: quia preiudicium potest reparari per iudicium petitorium. vt no. in. d. l. j. C. si de momé. pos. eadem ratione et fortiori videtur quod tunc non poterit appellari ab interlocutoria cum sit minoris preiudicii quam diffinitiua lata super possessorio. An autem simpliciter sit verum quod a sententia lata super possessorio non possit appellari. no. Bar. in. l. ij. ff. de ap. reci. et ibi etiam dicetur.

14 **Substituti.** †Finito officio tutor ad petitionem eorum contra quos litigabat ex causa litem exercere cogitur. h. d. Et sunt duo dicta principalia que patent. et idem est ibi idem et in curatoribus. ¶ In text. ibi. arbiter id est iudex delegatus. quia a sententia arbitri compromissarii non appellatur. l. j. C. de arbi. Item ibi quid autem hoc verbum supple dictum aliter secundum vnum intellectum. vt est sensus quod in minus condénauit quam deberet. Item ibi. tueri possunt supple cum autoritate suorum curatorum. quia ipsi soli cum sint minores. xxv. annis non possunt esse in iudicio. l. clarum. C. de auto. prestan. Item ibi: quos expone. i. quem. et sic ponit plurale pro singulari. non enim voluit gl. Item ibi. non prohibendos. supple nisi illi contra quos appellatum petant. vt potius prosequantur causam primi scilicet qui appellauerunt. Nam tunc si ex causa hoc petant. vt quia sunt legaliores quam adulti. vel melius nouerint natiuitatem quam ipsi adulti. tunc deberent prosequi causam ipsi primi et non adulti. prout innuit hic in ti. qstionis videtur etiam probari per id quod habetur in. l. si actor ff. de pcu. et in. l. ij. §. de feudis. ff. qui. ex cau. in pos. ea. ¶ No. quod dictum est in summario. Et no. 2o sensu quod vbi non subest causa vt quia tutores non erant magis legales quam adulti. nec melius sciebant natiuitatem non debent cogi prosequi litem per ipsos incboatam finito officio. Sed debet prosequi adultus cum autoritate curatorum sui secus vbi subesset causa propter quam interesset aduersarii quod tutores potius prosequerentur. quia tunc ad instantiam aduersarii possent cogi prosequi. et que possit esse iusta causa supius est dictum. Et inducitur iste tex. per Dy. et Bar. quod si syndicus communis cepit agitare causam et demum antequam sit finita finiatur eius officium quia forte ad annum fuerat datus. quod tunc ad petitionem aduersarii cogi poterit perficere causam. et sic iudicium incboatum si persona eius sit legalior vel melius nouerit veritatem quam ille syndicus nouiter fuit constitutus et velit interuenire ad prosequendum iudicium per istum tex. et per. l. si actor. et alia iura superius allegata. secus quando causa non subesset. vt quia nouus syndicus esset eque legalis vel magis et eque bene nouerit veritatem quia tunc non poterit cogi antiquus ad prosequendum iudicium. Et dixit etiam Bar. aduertendum quod vbi causa subest potest cogi perficere iudicium ad instantiam et petitionem partis aduerse licet non ad petitionem vel instantiam illius cuius quis fuit tutor per. l. legato. ff. de excu. mu. et. l. Paulus alias incipit cum qui. ff. de legatis. quod dicit procedere si reddidit rationes et instrumenta. alias posset cogi perficere etiam ad instantiam eius cuius fuit tutor vel syndicus per id quod habetur in. l. tutor. ff. e. et in. l. ita autem. §. si. ff. de admi. tu. ¶ Ultimo per hanc literam dicit Ang. coniuncta glo. in ver. quam patere quod si reus est condemnatus in quinque: cum deberit condemnari in. x. nomine sortis ab illa omissa condénatione poterit actor vincens appellare. ¶ Quid autem si actor qui vicit velit appellare ex eo quia licet vicerit in principali non tamen vicit in expensis in quibus reus non fuit condemnatus an simpliciter poterit appellare. dic quod non si reus appellauit: quia virtute appellationis rei poterit sibi prouidere. secus si non appellasset per id quod habetur in. l. vl. C. quando prouo. non est neces. C. quorum ap. non reci. et no. etiam in spec. in ti. de ap. §. in quibus. v. quid si dictus. et ver. se. et est casus no. et sing. in. d. l. vl. Et adde ne erres inquantum Ange. hic dixit quod si reus fuit condénatus in quinque: cum debuerit condénari in. x. nomine sortis quia ab illa omissa condemnatione poterit actor appellare. nam videtur quod sententia etiam erat nulla ex quo iudex non iudicauit super toto si ex eadem causa veniebant ipsa. x. per. l. in hoc iudicio. ff. fami. her. et quod etiam plene no. in. l. j. C. si aduer. rem iud. Sed vbi ex vna causa deberentur quinque puta ex administrati de salis ex alia causa. puta vini. alia quinque deberentur tunc valeret sententia lata super quinque. ex vna causa licet super aliis quinque ex alia causa petitis omissa fuerit condemnatio. posset tamen tunc appellari. vt voluit Ang. Et pro hoc sit expeditus iste. §. et etiam iste ti. Deo Gratias.

¶ A quibus appel. non licet. Rubrica.

¶ Licet hec rubrica non continuatur per gl. nec etiam per doc. tamen potest sic continuari. visum et tractatum in ti. prece. de ap. in genere: verum quia sunt aliqui iudices a quibus seu quorum sententiis non est licitum appellare et poterat queri qui essent illi. Ideo post precedentem ti. ponit istum in quo ponit a quibus iudicibus non licet appellare. et incidenter etiam ponit duos casus in quibus quis prohibetur appellare. vt patet ex. l. j. Non sunt alia circa rubricam.

Summarium.

1 ¶ Princeps in quibus senatui equiparetur.
2 Appellari non potest a sententia regis francorum
3 Iuri appellandi potest quis renunciare.
4 Renunciatio simplex extra iudicium facta parti presenti habet vim pacti.
5 Princeps causam delegare potest appellatione remota.
6 Inferior a principe causam appellatione remota delegare potest.
7 Imperator causam appellatione remota committere potest.
8 Clausula appellatione et recusatione remota quid operetur.
9 Inferior a principe non potest ius alterius tollere.
10 Appellatio quid sit.
11 Appellari potest ab interlocutoria super legitimatione persone lata.
12 Clausula appellatione remota quos producat effectus.
13 Nuncius vltra debitum extorquens a partibus qualiter puniatur.
14 Appellatione remota ab interlocutoria an censeatur remota a diffinitiua.

TRactandum. Ad principem a senatu appellare non licet. h. d. cum. §. sciendum. ¶ In tex. ibi fas. i. licitum non esse facit quod habetur in. d. c. j. seu. ij. Item ibi prouocatur. supple vltimo loco. ff. ti. j. Imperatores. et sic non est ad quem possit prouocari. Item ibi non posse principem et multominus alium. ¶ Nota quod dictum est in summario.

in summario. & sic no. duas personas a quarū sententijs nō appellatur. ¶ In glo. j. ibi supervacuum glo. forte ideo sic exposuit q2 alibi dicitur quod fatuus et sic stultus. fatua id est ea que sunt fatua seu stulta loquitur vt habetur in. c. legimus in Isaia. xciij. di. Ista autem verba proferuntur a iure cano. & non a fatuo. et ideo glo. facit expositionem istam. ¶ In glo. ibi ab eius rescripto. male dixit glo. in hoc quia etiam a rescripto principis non appellatur sed bene appellatur a sententia lata per iudicem secundū rescriptum principis. et ita loquitur. l. j. §. j. ff. ti. j. ¶ In gl. ij. in fi. † No.

1 bene et tex. cum concor. huius glo. quod princeps & senatus equiparantur in aliquibus primo quo ad potestatem appellandi ab eorum sententijs. quia non appellatur a senatu sicut nec a sententia principis. Item equiparātur quo ad restit. concedendam super infamia. vt probatur in. l. j. §. de qua. all'. in glo. Item quo ad potestatem concedendi licentiam vt possit aqua ex flumine publico nauigabili ad alium locum duci. vt probatur in. l. cū vnius ff. de flumi. ¶ Et aduerte quia vt tangit hic Ange. olim centum erāt numero senatores. & sic erant centum qui representabant senatum. vt probatur in. l. fi. de pet. here. Hodie vero vnicus est senator vrbis rome. vnde cum ille constituatur solus ex autoritate apostolica permittente etiam ciues romanos ad predictum officium assumi per annum & non vltra absq3 dispensatione apostolica dummodo non sint ciues nimis potentes. vt probatur in. c. fundamēta. ad fi. de elec. li. vj. videtur quod etiam a sententia talis senatoris nō potuit appellari. quod tenuit Cy. sub dubio forte in. d. l. fi. C. de peti. here. Et hoc etiam videtur firmare Jo. an.

2 in. §. videndum. in ti. de ap. in addi. spec. † ibi etiam dicit quod non appellatur a sententia Regis Francorum. & sic etiam dicit seruari in regno suo. Et licet Ang. illud non dicat videtur cōtingere quod Rex Francie non recognoscit superiorem vt in. c. per venerabilem. extra qui fil. sint legi. & intellige quo ad temporalia nam in spiritualibus recognoscit Papā in superiorem. An autem de iure in temporalibus deberet recognoscere imperatorem dixi in. l. imperatores. ff. ti. j.

Si quis ante. Seipsum summat secundum Bart. vel potest sic summari secūdū Ang. Iuri appellādi potest renūciari in iudicio simplici renūciatione & extra iudicium. h. d. secundum omnem intellectum secundum

3 eum nihil videtur sic intelligendo obstare. ¶ † No. quod ille qui profitetur se non appellaturum a iudice videtur renunciare iuri appellandi. Et no. quod etiam talis renūciatio videtur valere. & hoc videtur intelligendum quando fit in iudicio vt tangit glo. ¶ In gl. in verbo perdidit. ibi de iura. cal. l. cū meli⁹. facit. l. si ita scriptum. §. si sub condi. ff. de leg. ij. vbi dicit̄ qd̄ iuri de futuro. & sic quod non est de presenti non pōt renunciari. ¶ Sed aduerte q2 contra sol. glo. facit. l. j. C. de pac. per quam videt̄ qd̄ etiā extra iudiciū possit renūciari iuri de futuro. Sz solue qd̄ extra iudiciū p simplicē renūciationē nō potest renunciari iuri de futuro. sed in iudicio sic. vt hic est casus sic intelligēdo. Et sic etiā intellerit azo in summa. C. quorū ap. nō reci. Et bene facit qd̄ not. glo. in. l. is q heres. ff. de acqui. here. & qd̄ legit̄ & notatur etiā per glo. & doct. in l. in plurium in eo. ti. & in. l. in cura. de dona. Sed per pactum extra iudicium bene potest renūciari iuri de futuro. & sic loquit̄ dicta. l. j. C. de pact. & etiam qd̄ habetur in. l. fi. ad fi. C. de tempo. ap. & voluit etiam glo. in ver. nisi extra ius. Et est ratio diuersitatis inter pactum & simplicem renunciationem: quia pactum procedit ex voluntate duorū. l. j. ff. de pact. sed simplex renūciatio ex volūtate vni⁹ tm̄: vz renūciantis. iō maioris efficacie est peccatum quā renunciatio cū fortiora sint duo vincula quā vnum in auten. itaq3. C. cōia. ¶ Et ex p̄dictis not. qd̄ tm̄ vz renūciatio simplex facta in iudicio. facit qd̄ no. in. d. l. is qui heres. & in. d. l. in pluriū & in preall'. l. j. Nec ob. predictis si dicatur quod etiam per pactum non potest renunciari iuri de futuro per id quod legitur & notat̄ in. l. quidam cum filium per Dy. & Bar. ff. de ver. ob. & in. l. regula scienti. de re. iu. in. vj. per Dy. in quibus locis not. qd̄ per pactum non potest renunciari iuri petendi reductionem ad arbitriū boni viri aduersus sententiam latam per arbitratorem. Et sic eadē ratione videtur qd̄ etiam per pactum nō possit renūciari iuri appellandi. cuius contrarium dixit hic gl. & superius etiā est dictū. quia responderi potest: vt tangit hic Bar. qd̄ aliud est in iure appellandi a sententia iudicis. aliud in iure petendi reductionē aduersus sentētiam arbitratoris: quia primum facilius tolli potest quā secundum. Et ratio diuersitatis est: q2 iudices iurent iudicare secundum iura: vt in aut. iusiurā. quod prestatur ab his. colla. ij. Sed arbitratores non iurent. facit quod habetur in aut. decernimus. C. de arbi. Et sic maior est presumptio p iudice: quod hene iudicet. facit quod habetur in. l. j. C. de offi. ciui. iudi. quā p arbitratore. Et ideo minus videtur esse preiudiciū ex iuris presumptione si renunciatur iuri appellandi quā si renūciaretur iuri petendi reductionem. ideo primum facilius perdi potest quā scd̄z. ¶ In ea. gl. ibi non est legitimum. vel sol. vt voluit gl. et sequitur hic Bar. in. l. j. C. de pact. q2 ibi consensus prestitus per illum qui erat heres institut⁹ legatario ante aditam hereditatem per ip̄m heredem. vt possit apprehendere ipse legatarius propria autoritate possessionē rei legate accedit poti⁹ renunciationi quā pacto. Et ideo non valet sicut nec renunciatio simplex facta extra iudicium iuri de futuro. Nam ante aditam hereditatem non competebat ius ipsi heredi. Ad sequētia autem contra respondit Dy. & bar. quod illa loquuntur de simplici renunciatione facta extra iudicium iuri de futuro: ideo non valet. hic autem quando facta fuit in iudicio vel per pactum. posset etiam dici quod in. l. qui superstitis. loquitur quando fit renunciatio super futura successiōe hominis viuentis. quo casu non valet etiam si fiat per pactū nisi esset iuramento firmatum. et esset pactum de non succedendo. vt probatur in lege pactum. C. de collationibus & ibi not. in capitulo. ij. extra de pactis. li. vj. Et not. bene solu. quam dedi extra glos. ad. l. j. §. quod ait inquantum dixi quod ibi consensus prestitus per illum qui erat heres institutus ipsi legatario ante aditaz hereditatem magis accedit ad repudiationem quē pacto. Nam fortiter facit contra opi. Jn. de are. quam sequitur Bar. in. d. l. j.

4 C. de pac. vbi dicit † quod vbi fit simplex renunciatio extra iudicium parti presenti habet vim pacti. & ideo valet licet renūcietur iuri de futuro. nam contra id videtur esse casus in. d. §. quod ait. quia ibi cōstitutus cōsensit legatario. & sic in presentia ipsi⁹ p̄stiti consensus. & talis consensus habet vim repudiationis & non pacti. vt dixit glos. in. d. l. j. et per consequens non videtur procedere dictum Jaco. de Are. & Barto. in. l. j. nec videtur esse bona respōsio quam dat Barto. in. d. l. j. ad. d. §. quod ait. dum dicit qd̄ ibi non erat ius in re nec in spe. nam istud videtur esse falsum quia imo erat in spe propter ius quod habebat heres institutus in adeundo hereditatem. nec ob. etiam predictis. l. tale. pactū. in prin. ff. de pac. quam Bar. allegat pro opi. Ja. de are. quia per illa verba profiteor te non teneri prolata presente parte de quibus in. d. l. tale pactum. nō inducitur renūciatio iuris de futuro sed iuris incompetentie de p̄senti: q2 per illa intelligitur esse factū pactum de non petendo illud quod tunc poterit peti. vt ibi ptz. Et sic videtur quod opi. Ja. de Are. & Bar. non procedat per. d. §. quod ait. secundum intel. glo. in. d. l. j. quem sequitur hic Bar. quod tene mēti quia non video bonum responsum ad. ad. d. §. nisi dicatur quod illud cōtingit quia pretor nullo modo voluit legatariū posse apprehendere propria autoritate possessionē rei legate: nisi apprehēderet cū volūtate eius ad quē hoc spectaret. qd̄ esse nō poterat. nisi qñ apprehēdebat cū volūtate heredis anteq̄ adiret. sed demū post aditā hereditatē. q2 tūc spectaret ad eū cōcedere licentiam ex quo adiuerat. secus qñ nō adiuerit. & super hoc cogitādū relinquo. ¶ Ultimo tāgit hic Ang. qd̄ si aliquis renūciat appellationi interposite. qd̄ videt̄ posse facere per. l. si quis libellos. C. de ap. nūquid poterit renūciare inuito appellato. nā ip̄o cōsentiēte clarū est. & dicit. q. fuisse disputatam. & varias fuisse opi. Tādē cōcludit qd̄ si appellatus dicit eo q2 ipse non appellauit ab omissis omissa condēnatione expensarū & iam transiuerat tp̄s datuz ad appellandū. & tūc inuicto ipso appellato renūciare non possit quominus possit petere reformari sn̄ia in condemnatione expensarum. quod petere poterat virtute ap. interposite per reū. Quis ipse actor non appellasset ratione omisse condēnationis expensarum cum nec poterat appellare ex quo reus appellauerat vt est casus not. & sing. in. l. fi. C. quando prouo. non est neces. ideo cum ius fuerit sibi quesitū virtute ap. rei vt possit petere per iudicem ap. reformari sententiam in condemnatione expensarum. nec potest sibi tolli tale ius ex facto ipsius appellantis renunciantis appellationi. per id quod le. & not. in. l. si post mortem. §. fi. ff. de contratab. vbi hoc in simili; probat̄ in. l. si petende. C. de tempo. resti. in integ. & hoc etiaz satis videtur esse iustum ne alias decipiatur ipse appellatus autoritate. l. prohibentis in dicto casu appellare a dicta omissione condemnationis expensarum. de qua patet in d. l. fin. quando prouo. non est neces. Et idem videtur dicendum. licet Ange. non dicat si alias interesset ipsius appellati prosequi appellationem per id quod habetur in. l. ampliorem. C. de temp. vnde etiam si aliquas expensas fecisset actione appellationis ip̄e appellatus nō possit appellator renunciare appellationi inuito appellato si non refunderet expensas. facit quod not. Barto'. in dic. l. si quis libellos. vbi autem non interesset appellati nec ipse actor ap. renunciaret. tunc dicit Ang. quod re integra indistincte poterit appellator renunciare appellationi. vt probatur in. d. l. si quis libellos. secus dicit si res non esset integra sed in iudicium deducta. de quo remittit ad no. in spe. de ap. §. in quibus. ver. qd̄ si victus. supple & se. & per Jo. an. in addi. spec. ibidez. & sic residet Ang. Sed certe videtur quod etiam si res fuerit in iudicium deducta possit appellator renunciare appellationi dummodo non intersit appellati. & dummodo reficiantur expēse appellato si que facte sunt per eum in quibus etiam videtur posse condēnari per iudicem ap. per id quod le. & no. in. l. postq̄ liti. C. de pac. & in aut. qui semel. C. quomodo & qñ ind. maxime per Bar. & per eundē in l. edita actio. C. de edē. per Ange. tamen videtur facere quod ha-

betur in.c.interposita.§.ille.de appel.in.vj.vbi videtur probari quod si causa appel.sit commissa per superiorem non possit renũciari appella. Sed certe ibi suppleri debet maxime per ea que habentur in iuribus proxime allega.⁊ hoc etiam tenet expresse ibi Joan.an.in nouel.super illo. ¶ Ultimo potes addere quod licet dixerim supra posse renunciari per pactum reductioni ad arbitrium boni viri tamen istud videtur esse intelligendum secundũ ea que not. Barto.in lege si societatem.§.arbitrorum.⁊ per cano.in capitulo quintauallis.⁊ ibi etiam plene dixi.vbi etiam tangitur per dominum Anto.extra de iureiurando.⁊ per Joannẽ andream in addi.Specu.in titu.de arbit.§.sequitur.super veritem quid sit compromissum. Nam istud videtur intelligendũ quando latum esset laudum per dolum arbitratoris.alias videtur quod teneat renunciatio facta per pactum saltem interueniẽte iuramento.de quo tamen dicendum est vt latius not.in locis preallegatis.

Interdum. Iste est bonus.§.⁊ habet materiam singularem in iure ciuili.videlicet clausule appellatione remota de qua hic solum habetur.⁊ in lege fina.C.de senten.⁊ interlo.om.iudi. Sed canoniste habetur in capitulo pastoralis.⁊ in capitulo vt debitus.extra de appel.⁊ in illa docto.nostri variant vt patebit ex.j.dicendis. Et canoniste etiam in illa variant vt patebit ex.j.dicendis. Et canoniste etiam in illa variarunt.vt patet ex nota.in dicto capitulo pastoralis.⁊ capitulo vt debitus.⁊ breuiter hoc intendit. Imperator potest delegare causam cum clausula appellatio.remota et nõ alius.hoc dicit. ¶ In textu ibi.dare.expone id est delegare. Item ibi.ab eo scilicet delegato. Item ibi prouocari id est appellari. Et sic in effectu fuit datus iudex seu delegatus app.remota.⁊ per consequens cum ipsa

5 clausula remota appellatio. ¶ †Nota primo quod princeps potest delegare causam appellatio.remota.⁊ idem etiam eadem ratione videtur in Papa. Et sic etiam dixit gloss.in capitulo super questionum.extra de officio delegati. ¶ Item no.quod inferior a principe non potest causam delegare appella.remota. Et aduerte quia vt tangit hic Ang.quidam intellexerunt quod inferior a principe non potest delegare remota appellatio.ab interlocutoria ferenda ante diffinitiuam ex eo quia nihil importaret dicta clausula cum non possit appellari ab ipsa interlocutoria de iure communi etiam sine ne dicta clausula.vt probatur in.l.ij.j.de ap.reci.⁊ in.l.ante sententie.C.quorum appel.non recipien.sz bene teneret delegatio facta remota appellatione a diffinitiua a qua diffinitiua de iure communi potest appellari.l.⁊ in maioribus.C.de appel. Et sic quo ad illam secundum istos bene potest operari dicta clausula.⁊ hanc opinionem tetigit glossa finalis in sui princip.in lege finali.C.de senten.⁊ interlocutio.omnium iudicum. Sed certe vt dicit Ange.ista opinio non est vera.nam directe videtur cõtradicere huic litere que aperte vult quod inferior a principe non possit committere appellatio.remota.vnde alij dixerunt totum econtra videlicet quod inferior a principe potest committere bene casum appella.remota ab interlocutoria ferenda ad diffinitiuam.sed non potest committere remota ap.a diffinitiua. Et istam opinio.sensit dicta lex circa fi.sui princip. Sed ipse Ange.dicit quod dicta clausula potest apponi per inferiorẽ respectu friuole appella.⁊ hoc potest operari per id quod dicitur in dicta lege finali. Item in preiudicium sui committentis.nõ autem in preiudicium sui superioris ad quem deuoluitur causa seu potest deuolui per medium secunde appellatio.quando iurisdictioni superioris nemo potest directo vel in consequentiam detrahere per id quod habetur in.l.ille a quo.§.tempestiuũ.ƺ.ad treb.⁊ in.l.nam ⁊ magistrat⁹.ƺ.de arbi.⁊ in lege penul.ƺ.de aqua plu.arcenda. Et ideo ex predictis concludit quod illa ciuitas vel dominus recognoscens superiorem potest statuere quod a sententijs suorum officialium in ciuilibus vel criminalibus non appelletur nisi in preiudicium ipsorum statuentium.et sic non possit appellari ad eos sed non erit ablata potestas appellandi ad superiorem ipsorum.vnde si ciuitas esset supposita principi appellaretur ad principem. Et si ecclesie appellaretur ad papam.facit quod habetur in capitulo si duobus.de appella. Et sic videtur sentire Angelus in effectu respectu appellatio.ab interlocutoria quando per inferiorem a principe delegaretur causa remota appella.ante sententiam.⁊ sic ab interlocutoria tenetur idem quod hic tenuit Barto.qui barto.etiam dixit quod rex aut dominus aut ciuitas non recognoscens superiorem posset tollere tunc re-

6 medium appellandi. ¶ †An autem in eo quod dictum est quod inferior a principe delegat causam appellatio.remota ante sententiaz.⁊ sic ab interlocutoria procedat simpliciter dictum Barto.⁊ Ange.vt patebit ex.j.dicendis. ¶ In glossa finali.ibi.⁊ tũc non appellat.supple ille qui reputat se grauatum a delicto per principem cum clausula appellatio.remota.sed cum clausula vt ab ipso delegato non licet appellare.et hoc intellige de iure ciuili.secus de iure canonico.vt sequitur in glossa.quia secundum illud nihilominus appellari possit a delegato cum clausula ap.

pel.remota.cum nihil allegat glo.sed videtur probari in.c.pastoralis.extra de ap. Et est ratio diuersitatis sm gl.que aliqualiter obscure loquitur.nã dicit qđ ratio diuersitatis est.quia nisi hoc operetur supple clausula ap.remota ⁊ dic nisi hoc sc3 qđ nullatenus appelletur hic id est de iure ciuili nihil operaret. supple q2 etiã sine dicta clausula de iure ciuili ante sententiã non appellaƀ l.ij.j.de ap.reci.⁊.l.ante sentẽtie.C.quorum appellatio.non recipiun. At pro sz.ibi.i.de iure cano.cum possit appellari a quocũq3 grauamine.nihil allegat glo. Sed potes allegare extra de app.c.super eo.el.ij.q.vj.c.ad romana.⁊.c.cum sit romana extra de ap. Ideo de iure cano.operatur vt nõ appelletur nisi iu.ta causa supple sit appellatio. Et sic nisi fiat ex iusta causa.et sic etiam solã friuolam ap.remanere de iure cano.alle.glo.in ar.quod habeƀ in.l.si quando.de leg.ij.et bene facit licet nõ alleget quod habetur in c.vt debitus.extra de ap. ¶ Sed aduerte q2 ratio diuersitatis allegata per gl.non videtur esse bona.quia nõ videtur esse generalis nec necessario cõcludere ex eo quia iure ciuili appellari potest a diffinitiua.et sic respectu illius deberet clausula ap.remota operari. Item operari potest in aliquibus casibus ab interlocutoria ante sñiam de quib⁹ no.in l.ante sñie.C.quorũ ap.nõ reci.⁊ sic etiaz quo ad illos de iure ciuili posset operari causula pdicta.tũ videƀ qđ glo.voluerit q2 nullo casu de iure ciuili possit operari dicta clausula ap.remota.⁊ sic nõ videƀ hñ dixisse vnũ Bar.hic fuit in opi.qđ nõ sit differentia inter ius canonicũ et ciuile dicẽs qđ qñ simpliciter delegaƀ cã ap.remota nõ v3 adiectio dicte clausule.⁊ sic nihil penit⁹ operabiƀ.moueƀ p.l.fi.C.de sentẽ.⁊ interlo.o.iudi.vbi videƀ pbari s3 vnã opi.qđ nõ teneat delegatio facta simpliciter cũ dicta clausula ap.remota.l3 Jo.glossator tenuerit contra vt ibi refert glo.sed ipse t3 hic opi.cõtra Jo.per illũ tex.⁊ si dicatur illa loquiƀ i inferiorib⁹ iudicib⁹ in quib⁹ non valet delegatio facta per eos si delegent simpliciter ap.remota.et nõ loquitur in principe delegãte cum dicta clausula.respõdit hic quod licet ibi loquatur in alijs iudicibus delegantibus cum dicta clausula.⁊ ibi dicatur non valere appositionem dicte clausule.sed opi.contrariam opi.Jo.tamen idem videtur dicendum secundũ ipsum Bar.quando Imperator delegabat ap.remota.quia licet imperator sit legibus solutus:tamen videtur velle legibus viuere.l.digna vox.C.de legi. Et ideo concludit dictam clausulam nihil operari de iure ciuili neq3 de iure cano.quãdo est ita simpliciter posita per.d.l.fi.sequẽdo intellectũ cõtra opi.Jo. Sed vbi Imperator cõmitteret causaz remota ap.a diffinitiua.⁊ tunc non poterit appellari ⁊ valebit dicta clausula.⁊ ita intelligit istum.§. Et ista est singu.opp.Barto.in hoc.§.qui etiam dicit quod inferior non posset committere causam ap.remota a diffinitiua per istuz tex.sed bene poterit appellare remota ap.ab interlocutoria ante sentẽtiã per dictã.l.fi.cum ibi no.gl. Dicit tñ qđ isto vltimo casu intelligereƀ remota friuola appellatio ⁊ nõ legitima.q2 non pôt preiudicari saltim superiori ad quem deuolueretur negotium p secundam ap.per id quod habetur in.l.pe.ƺ.de aqua plu.arcẽ. Sed certe ista opi.Bar.inquantum quod si causa committitur principem vel papam ap.remota quod non valeat adiectio talis clausule non videtur bona neq3 esse vera de iure.nam tunc videtur contra tex.iuris cano.in.c.pastoralis.extra de ap.⁊ in.c.super questionũ.de offi.dele. In quibus aperte videtur approbari appositio dicte clausule. Item videtur destruere opi.Barto. Nã vt etiam tangit Ang.intellectus Bart.inquantum restringit ⁊ limitat hunc tex.scilicet quando Imperator commisit causam ap.remota a diffinitiua.non videtur congruere huic litere imo potius repugnare inquantum litera dicit quod Imperator dedit iudicem dic vt ab eo scilicet delegato non liceret prouocari.non autem dixit vt non liceret a diffinitiua sentẽtia prouocare. Et sic proprie litera videtur loqui quando causa committitur per principem remota ap.simpliciter quia loquitur vt non liceret ab ipso iudice appellare.que verba idem in effectu importãt illud quod important illa verba appellatione remota, vt satis patere potest intuenti.⁊ sic non violando literam hic est casus cõtra opi.Bar.videlicet quod etiam de iure ciuili valet delegatio facta per principem cum clausula ap.remota. Nec ob.l.fi.C.de senten.⁊ interlo.om.iudi.quia illa.l.loquitur quando inferior a principe delegat causam.quo casu dicendum est ibi.⁊ inferius etiam tãgetur.sed hic loquitur quando princips delegat appella.remota.quo casu habet locum quod hic dicitur.nec trahendus est ille text.de correctione huius cum iurium correctio sit euitanda.l.precipimus.C.de app.⁊ de ele.c.cum expediat.lib.vj.propter predicta dixit hic

7 Ang.melius posse dici q̃ dixerit hic Bar. †Nam dicit dici posse quod imperator potest committere causam ap.remota.⁊ tenet commissio per istum tex.licet.Bart.dixerit contrarium.⁊ nõ bene.fatetur tamen quod nõ plus operabitur dicta clausula de iure ciuili q̃ de iure canonico. Quid autem operetur de iure dicit considerandũ qđ de iure antiquo dicta clausula ap.remota apposita per papã vel principẽ in delegatione hoc operabaƀ vt non possit appellari nisi solũ in casibus qui exprimunƀ i iure vt in cis

appellari

appellari possit. allegat. c. super questionem. in prin. extra de offi. delega. Sed melius facit capitulū pastoralis. extra de appel. vbi etiam glos. ponit aliquos casus in quibus ius expresse permittit appellari. Sed secundum ius nouum dicit quod dicta clausula non solum nihil operabitur quando appellaretur in casibus expresse permissis a iure: sed nec etiam operabitur vbicunque appelletur ex tali causa que si esset vera esset legitima. allega. quod habetur in capitulo vt debitus. extra de appel. Et sic videtur velle quod illud capitulū sit ius nouum. sed capitulū pastoralis. et capitulū super questionum. dicatur ius antiquum. et sic suppleatur propter ius nouum predicti capituli vt debitus. et istud etiam videtur voluisse glos. in dicto capitulo pastoralis. licet Ang. non alleget. Et subdit ipse Ange. quod effectus erit dicte clausule qd nisi iusta causa exprimatur in appellatione non admittetur appellatio propter repugnantiam ipsius clausule de qua clausula secundum eum plene posuit Spec. de app. §. in quibus. versicu. quod autem et in §. nunc dicamus. ver. circa. Et vbi concludit secundum Angel. quod si ex causa friuola appellatur non est dubium quod reiici potest appellatio per iudicem a quo. Si autem est appellatum ex causa frustratoria latenti. puta si ex causa in appel. inserta esset iusta. sed non est vera et sic tunc dicitur esse latenter frustratoria sed apparenter iusta. et tunc deferendum est appellationi per iudicem a quo ex quo appellatum est inserta causa que apparēter est iusta. facit quod habetur in. d. c. vt debitus. Si autem esset dubiū an clausula inserta in appel. esset iusta vel non. quā quidam appellant neutralē vt dicit Spec. in. d. ver. circa. similiter deferēdum est app. per iudicē a quo: qz in dubio iudex a quo debet deferre ap. qñ est sibi dubiū an cā sit legitima vel non. vt not. per gl. et doc. in. d. c. vt debitus. et hoc etiā tenuit Vincen. vt dixit Spec. in. d. ver. circa. Est autē causa neutralis qñ propter varietatē opinionū dubitat an causa grauaminis sit iusta vel nō de quo ponit spec. plura exempla in dicto ver. circa. Et precipue quia quando quis recusat iudicem. quia est patruus impetrantis ex eo quia leuauit eum de sacro fonte. Et per hec habes secundum Angel. quis sit effectus clausule appel. remota. quando ponitur per papam vel principem in delegatione et an bene dixerit inferius dicam. ¶ Quid autem si inferior a papa vel principe delegat causam app. et recusatione remota. tangit Angel. super hac gl. in addi. quam facit super hac glo. ibi. respondeo sic. in ver. sed hic insurgit. et ibi dicit quod est dubium an tūc teneat dicta clausula refert quod Jo. gl. tenuit quod sic. Sed alij tenuerunt cōtra vt dixit gl. fi. in. d. l. fi. C. de sentē. et interlo. om. iudi. Bart. autē vt hic dicit Ang. tenuit opi. Joan. intellige in. d. l. fi. Nam hic tenuit opi. contra. ipsi Jo. vt superius dixi circa principium huius. licet glo. hoc non dicat: et dicit Bar. tenere. intellige in dicta. l. fi. quod valebit dicta clausula: et operabitur tunc quod delegatus non poterit recusari ex toto: sed si recusetur associabit tali delegato alius sicut associatur ordinario quando allegatur suspectus. vt probatur in auten. si vero contigerit. C. de iudi. et sic secundum Joan. et Bar. dicta clausula operabitur qd vbi alias si dicta clausula non fuisset apposita delegatus posset recusari ex causa suspicionis per l. apertissimi. C. de iudi. et extra de offi. dele. c. suspicionis. tamē apposita dicta clausula non poterit recusari ex toto sed poterit peti quod alius ei associetur. sicut fit quando ordinarius est suspectus An. vero hic dicit inferiorem a papa vel principe predicto modo non posse delegare per. d. l. fi. que non est alibi secundum eum: et text. ille secundum eum est valde obscurus. Et sic dicit in effectu quod ex quo inferior a principe non potest dicto modo delegare non valebit dicta clausula: et sic illa non ob. poterit recusari ipse delegatus. pro hoc allegat quia iniquum esset secundum eum qd inferior a principe posset compellere litigantem litigare sub iudice suspecto: cum illud sit valde periculosum. d. l. apertissimi. C. de iudi. et in questio. v. c. quia suspecti. Refert tamen ipse Ange. et respondit Ry. male dixisse illam clausulam operari ante lit. contesed postea nihil operatur. Sed certe illa fuit opi. Joan. non autem fuit opi. Ry. qui hoc non tenuit vt inferius dicetur. ¶ Et aduerte et not. bene quod Ange. per id quod dixi simpliciter voluit clausulam illam ap. et recusatione remota de qua in dicta. l. fin. in nihilum valere: sed ipse idem Ange. super fi. huius gloss. in versiculo vltimo est videndum. videtur velle quod in parte valeat. Nam dicit quod si inferior a principe delegat causam appellatione et recusatione remota ante sententiam: et sic simul facta remotione de vtroque: tunc proprie est casus dicte. l. fina. qui non est alibi secundum eum. ¶ Quid autem operetur tunc talis clausula. dicit qd fuerunt varie opi. que recitantur in dicta. l. fina. sed ipse concludit quod dicta clausula respectu recusationis est nulla. vt quidam dixerunt. quamuis Joan. contra. et not. in dicta. l. fina. sed respectu appellatio. dicta clausula est aliqua quo ad preiudicium delegantis solum. Et sic debet intelligi dicta. l. non autem. quo ad preiudicium superioris. vt etiam superius dixi circa princip. huius gloss. Respectu autem appellationis a diffinitiua nihil operatur. quod de illa non fit mentio in clausula posita in dicta. l. finali. Et quia etiam inferior a principe non posset remouere ap. a diffinitiua. et sic videtur Ange. super fi. huius gloss. vt patere pōt ex supradictis velle quod quando apponitur clausula et recusatio remota ante sententiam per inferiorem a principe respectu app. sed non respectu accusationis. et sic pro parte valebit secundū eū. Et pro parte non. Sed supra voluit oppositum videlicet quod ex toto sit nulla. et sic videtur sibi fuisse in hoc contrarius. et pro illa parte quod ex toto sit nulla. facit quia tex. ibi in ver. caueāt. secūdum vnum intellectum videtur reprobare simpliciter dictā formam. et sic videtur quod in nihilum debeat valere per. l. non dubium. C. de legi. verum quia per predicta nō videtur bene declarata hec materia. Ipse idem Ange. in additione quam facit super hac gloss. dixit clarius et melius posse concludi: quia interdum princeps apponit dictam clausulam in delegatione. interdum illam apponit inferior a principe. primo casu dicit considerandum quod interdum princeps indiffinite delegat causam appella. remota et tunc valet delegatio. cum ipse supra iussit. l. princeps. ff. de legibus. Et etiam satis probatur hic. sed tunc est dubium que appellatio intelligatur remota: qz litera istud hic non aperit nec declarat a qua sentētia vtrum vz a diffinitiua vel interlocutoria. vnde ipse dicit remotam esse p̄dictam clausula ap. remota notorie friuolam. facit licet non alleget secundum quod habetur in. c. appellationibus. de ap. in. vj. Item intelligetur remota illa appellatio que interponeretur absque expressione iuste cause. facit licet non alleget quod habetur in. c. vt debitus. extra de ap. Et hoc dicit procedere siue tractetur de appellatione ab interlocutoria siue de appellatione a diffinitiua. et sic facit secundū eum isto casu quando est apposita clausula specialis vt debeat exprimi causa quando appellatur a diffinitiua. per id quod habet in. d. c. vt debitus. licet alias non sit necesse exprimere causam in appellatione a diffinitiua. vt patet in. l. iij. ad fi. ff. tit. j. Quis gl. secundum eum hic dicat per dictam clausulam non succurri parti nisi contra app. a diffinitiua et non bene: quia imo etiam succurritur contra ap. ab interlocutoria in casibus in quibus potest appellari de iure. et sic! residet Ang. in hoc primo casu qui allegauit. c. vt debitus. vt debeat exprimi iusta causa in appellatione a diffinitiua. quando apposita est clausula appellatione remota. Sed re vera illud. c. hoc nō probat: quia loquitur de ap. ab interlocutoria. quando clausula predicta non fuit apposita. vbi autē princeps committeret remota ap. a diffinitiua. Ang. hic non tangit nec specialiter quando committeret causam remota ap. ab interlocutoria. sed forte fuit mens eius qd idem in effectu sit dicendum quod superius est dictum quando simpliciter remota est appellatio. videlicet vt per dictas clausulas intelligatur remota appellatio frustratoria. Item quando fieret non inserta causa iusta. satis tamen videtur qd vbi remouetur a diffinitiua non sit fienda illatio. l. fin. ff. de calū. Si autem princeps delegaret recusatione remota non tangit Ang. in. d. addi. sed tāgetur inferius cū glo. et super ea quis erit effectus dicte clausule et hoc de primo casu quando dicta clausula apponitur per principem. Secunda casu quando apponitur per inferiorem a principe: tunc concludit qd aut simpliciter appel. remota. Et tunc non tenet in aliquo dicta clausula sic effuso sed generali sermone prolato: qz hanc formā delegandi sub dicta clausula solus princeps potest facere. vt hic est casus. Interdum vero inferior a principe delegat appel. remota a diffinitiua. et tunc similiter non tenet hec clausula: quia hec forma etiam soli principi competit vt hic est casus secundum vnū intellec. quem posuit Bar. interdum non delegat appellatione remota ab interlocutoria: et tunc est casus dicte. l. vltime. vt. C. de sen. et interlo. om. iud. que videtur velle qd valeat dicta clausula. et sic videtur qd tunc nō poterit appellari etiam ab interlocutoria a qua alias erat licitum appellare. et hoc tenuit Ricar. malum. secundum eum in. d. l. fi. Et idem etiam tenuit Bar. Sed certe Ricar. hoc ibi non tenuit: vt patet ex ibi notatis per Cy. et Bar. et inferius etiam dicetur. Sed bene tenuit Bar. postea autem secundū Ang. Bar. hic mutauit propositum; videlicet qd voluit quod nec etiam ab interlocutoria inferior a principe possit committere causam appellatio. remota ab interlocutoria quia preiudicaretur superiori in secunda appellatione. Et ita tenuit hic Ang. qui melius dixisset qd in. d. l. fi. Bar. mutauit opi. ab eo qd hic dixerat: qz illa fuit posterior lect. post ipsam. Ipse nec Ange. hoc casu dicit qd inferior a principe pōt delegare causam appel. remota ab interlocutoria per. d. l. fi. Nec ob. ratio Barto. qz dicit Ange. quod non preiudicabitur superiori etiam tenendo qd dictum est: qz vbi adiecta est dicta clausula appellari poterit ad superiorem omisso medio qui delegauit cū dicta clausula que tenet in preiudicium ipsius delegātis cum dicta clausula: vt superius etiam est dictum. Et hanc responsionem voluit etiam Bald. in dicta. l. fina. Interdum vero inferior a principe delegat causam appel. et recusatione remota ante sententiam. Et ista est propria forma de qua in dicta. l. fina. Et ista forma secundum eum est reprobata et in nullo operabitur dicta clausula. et boc tenue-

runt quidam in.d.l.fin.quibus assentit ipse Ang. propter interdictam dicte forme quãuis secundum eum Joã.ibi dixerit clausulam predictam tenere respectu recusationis sed non app.z male secũdum eum:quia imo in nihilum tenet propter literam que dicit ibi caueant zc. z sic videtur prohibere z reprobare dictam formam secundum Angel.quod autem sit verum patebit ex infra dicendis. Et not.bene quia Angel.in hac additio. quam fecit super glos.tenet quod vbi in delegatione facta per inferiorem a principe apponitur clausula appel. z recusatione remota ante sententiam in nihilum valet dicta clausula.Et sic secundum eum non valet respectu ap.nec recusationis.sed ipse idem super finem huius glos.aliter dixit:vt superius dixi.Nam tenuit quod dicta clausula tunc pro parte est nulla scilicet respectu recusationis.sed est aliqua respectu ap.Quid autem tenendum sit patebit ex infra dicendis.Interdum vero inferior a principe delegat causam remota recusatione:z sic nil dicit de ap.Et tunc dicit Angel. quod secundum Ricar.de malum.quem sequitur Bar.secundũ Ang. tenet delegatio si remoueretur recusatio que fieret post lit.contesta.et operabitur tunc dicta clausula in illis in quibus potest iudex recusari post lit.contesta.quod contingit in quibus superueni't nota causa recusationis in casibus post lit.contesta . per id qđ habetur in.l.non distinguemus.§.cum quidam.z.§.de offi.ff.de arbi.Et quod nota.in.l.ij.C.de consor.eiusdem litis. z in.c.insinuante.extra de offi.dele.vnde tunc non poterit recusari ex toto sed poterit peti quod ipsi delegato associetur alius sicut fit quando ordinarius recusatur dicta aut.si vero contigerit.z in corpore vnde sumitur. C.de iudic. sed non valebit remotio recusationis que fieret ante lit.contest.vt videtur innui in.d.l.fi. Et ideo Imperator secundum Angel.ibi voluit non commisceri clausulam ap.z recusationis ante sententiam simul. Sed voluit clausulas illas distingui scilicet vt remoueatur appellatio ante diffinitiuam sententiam ab interlocu.Nam hoc bene fieri potest vt ibi innuitur z vt remoueatur recusatio post lit.contesta.fiendam. Nam similiter hoc videtur posse fieri.vt ibi etiam innuitur. Non autem debet vtrunqz simul remoueri puta delegando appellatione z recusatione remota ante sententiam:quia tunc nõ teneret talis remotio.ex eo quia tunc quando simul remouentur videntur pariter esse remota vel videtur tunc vtrunqz pariter esse remotũ arg. l.iam hoc iure.ff.de vul. z pu. z sic sicut intelligitur tunc remota appellatio ante sententiam siue fiat appellatio ante lit.contesta. siue post sic etiam videtur remota recusatio siue fiat post lit.contest.siue ante quod esse non debet cum ante lit.contest.non possit neqz debeat fieri remotio recusatiõis vt superius est dictum. Jõ voluit imperator quod tunc quando simul miscentur predicta duo.s.appellatio z recusatio sub forma supradicta de qua in.d.l. fi.non tenet dicta clausula.Et sic per illam voluit impediri quo minus possit iudex recusari ante lit. contesta. Et secundum hoc dum litera hic dicit quod nunc vetitum est debet intelligi scilicet recusare ante lit. cõte.iudicẽ delegatum quãuis fuerit delegatus cum dicta clausula ap.z recusatio.remota ante diffinitiuam sententiam z iste est verus intellectus illius.l.secundum eum quem dicit fore tenendum.Et not.bene quia Angel. etiam videtur sentire per predicta quod si iudex delegatur ab inferiori principe cũ clausula recusatione remota non adiecta ante lit.contest.vel post quod tunc non valebit dicta clausula que ex sui forma cum indistincte proferatur videatur tollere recusationem remotam indistincte.z sic siue fiat post lit.contesta.siue ante.quod vltimum fieri non potest secũdum eum.ideo videtur quod dicta clausula valeat.et sic nihil operetur sicut etiam contingit quando fit delegatio cum clausula ap.z recusa.remota ante sentẽtiam cum eadem ratio videatur esse vtrobiqz.z per consequens idem ius dici debet arg.l.illud cum si.ff.ad.l.aquil.Et not. etiam inquantum respõdit quod Ricar. tenuit quod recusatio possit remoueri post lit.cont.Nam in hoc bene dicit z quo ad hec etiam sequitur bar. opi.Ricar.Et inquantum dicit quod potest remoueri recusatio post lit.contesta. ad fin. vt in illis casibus in quibus iudex posset alias recusari post lit. contesta. modo propter dictam clausulam non posset recusari.sed alius debeat ei associari vt vult ipse Angel.Ricar.hoc voluisse non bene dicit vt.j.patebit.Sed bene hoc tenuit Bartolus in.d.§.l.fin.quod an procedat inferius patebit. z per predicta habes expedita illa que posuit hic Angel. in hac materia z etiam Barto.hic.Verum quia per predicta non bene apparet declaratus intellectus.d.l.fi. Nec etiam videtur bene et perfecte declarata materia ista secundũ dispositionem iuris ciuilis.nec etiam secundum dispositionem iuris canonici vt inferius patere potest.ideo pro declaratiõe huius materie mihi videtur duo principaliter esse consideranda.† Nam primo est videndum de virtute huius clausule secundum dispositionem iuris ciuilis. secundo erit videndum de effectu huius clausule secũdum dispositionem iuris canonici . primo casu est considerãdum quod aut clausula apponitur a principe aut apponit per inferiorem a principe. Si apponitur a principe. z tunc considera plures casus.

8

